



Achilles Tatius

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΑΤΙΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΕΡΩΤΙΚΩΝ

SIVE

DE CLITOPHONTIS ET LEVCIPPES AMORIBVS

LIBRI VIII

VARIETATE LECTIONIS NOTISQVE

CL. SALMASII I. B. CARPZOVII

T. B. BERGERI AC SVIS

ILLVSTRATI

A

BENIAM. GOTTLIB LAVR. BODEN

P. P. O

LIPSIAE

SVMTIBVS IO. FRIDERICI IVNII

MDCCLXXVI

GENEROSISSIMO DOCTISSIMOQVE

VIRO

ADOLPHO TRAVGOTT

A GERSDORF

DYNASTAE MEFFERSDORFII VTRIVSQVE SCHWERTAE RENGERSDORFII ECKERSDORFII PLVRIVMQVE TERRARVM DOMINI SVI NOMINE ILLVSTRIVM

S. D. P

EDITOR.

Splendididissimae gentis, vnde ducis originem, tanta extant in bonas litteras merita, vt eius ad maximum fastigium euecta gloria laudibus vix queat amplior fieri,

 nisi

nisi de TE *spem conceptam haberet vniuersa res litterata, iri* TVO *incredibili ardore in solidiorem doctrinam* GERSDORFIANVM *nomen posteris traditum longe clarius ac paene immortale. Qui* TVAE *splendor eruditionis ac rectus de honestis studiis sensus effecit, vt noster ordo summis honoribus decoratum* TE *sibi cooptaret sodalem. Non poterat non tam illustri doctrinarum patrono publicum voluntatis suae monumentum statuere academia, cuius doctorum non vni pluribus abhinc annis* TVAE *tam eruditionis, quam beneuolentiae gratiaeque, significationem fecisses testatam. Et quum vetus antiquitas viris doctis, nouo mactatis bonore, dona solebat mittere,*

mittere, liceat hunc imitari morem ac TIBI DOCTORI *noſtro primum meo nomine offerre munuſculum, quod tanquam pignus maximae in* TE *virtutesque* TVAS *obſeruantiae, quaeſo, accipias. Ego vero, dum* Achillem Tatium, *in phyſicis ac mathematicis quondam verſatiſſimum,* TIBI VIR GENEROSISSIME *rite dicatum dedicatumque volo et cupio, adeo ingratum* TIBI *hoc qualecumque donum haud fore exiſtimo, propterea quod compluribus ille liber locupletatus eſt picturis, ex hiſtoria naturali vndique petitis, cuius* TE *amantiſſimum peritiſſimumque norunt omnes et admirantur. Nolo reliqua* TVA *in varias doctrinae optimarumque artium*

perſequi merita, ne vel modeſtiae TVAE *moleſtior ſim, vel, dum ſingula pro dignitate extollere nequeo, virtutum* TVARVM *amplitudini reique veritati quidquam detrahere voluiſſe videar. Nihil igitur addo, niſi pias caſtasque preces, vt* TE *ſummum Numen in gentis nobiliſſimae gloriam, elegantioris litteraturae commodum, eruditorumque hominum decus ac praeſidium diu conſeruare velit rebus florentiſſimis. Ita bene vale. Scribebam inter vernalia philoſophorum ſolemnia Vitebergae A. R. S.* ∞IↃCCLXXVI

ERVDI



ERVDITO LECTORI

S. D. P

B. G. L. BODEN

Vides hic, ut nomen soluam, idque, si graecanicarum litterarum delectamento caperis, iucunda Tua voluntate fecisse, sperare liceat, emendatam Achillis Tatii Alexandrini editionem, de qua cogitandum videbatur eo studiosius, quo difficilius exempla huius operis in tabernis reperiebantur. Non enim, quod sciam, nisi duo, ipsum textum graecum superiore saeculo typis commisere prouulgandum magis, quam propagandum, licet multis multorum optatis eius repetitio saepenumero fuerit expetita. Hieronymus nempe Commelinus, pater quasi facilis et almus graecae litteraturae nutritor, tot qui monumenta humani

 ingenii

ingenii e situ ac tenebris bibliothecarum in lucem publicam protraxit, quum inter libros Palatinos in graecum Tatii *codicem, Romam deinde comportatum, incidisset, typis hoc festiuum opus describendi primum quidem ceperat consilium, perficere tamen haud potuerat, morte praeuentus, telam operarum, a se inchoatam, pertexentibus,* Iuda *et* Nicolao Bonnuitiis, *nepotibus ex sorore, in officina Commeliniana A. C.* ∞ Iↄ CI. *pridie Kal. Apr. Sed, vt fit, vbi fatalis hora opprimit editorem ipsum, manum vltimam suo imponentem operi, vt minus limatum exeat, haec etiam* Commelini *editio, non nisi ad scripturam vnius libri, prisca manu exarati, conformata, scatet mendis et numero plurimis et foedissimis, quas forte* Hieronymus, *saltem ex parte, eluisset. Dolendum etiam, quod lacunis eadem laborat non paucis, iisque non per vnam alteramue lineam vbique explendis, sed in extremo libro duae fere paginae immani hiatu deuorantur.*

Iam positis nouus exuuiis nitidusque iuuenta

annis XL. post Lugduni Batauorum prodiit Achilles *opera et studio Cl.* Salmasii, *cuius quam singularis fuerit solertia in deprehendendis scriptorum veterum suppositiis luxatisque sanandis ac restituendis, nemo est, nisi plane hospes in re litterata, qui nesciat. Insunt tamen et huic pulcherrimo corpori naeui sui, (quod ante me dudum obseruarunt alii, ego vero suo quoque loco notaui) quamuis subsidiis instructus fuerit* Claudius *vndique comparatis. Pluribus quidem*

dem vsus fuit codicibus Thuani, Olearii, Anglicano, Romano, Florentino *ac duobus* Parisinis, *quos vel ipse inspexit, vel collatos inter se accepit a viris eruditis; nimis autem hoc maturauit opus, et, quemadmodum ipse profitetur, maxima pars variarum lectionum, sudantibus iam operis, demum in eius manus peruenere, quarum potiores in notis adiecit, textui vero, vbi opus fuisset ac necesse, emendando adhibere amplius non potuit. Sic vel in Salmasianis multa sunt insana, nec pauca operarum vitia, ac temerarii vestigia correctoris, ex arbitrio, quidquid videretur, contra librorum auctoritatem mutantis. Hac de iniuria* Salmasius *non vno loco queritur.*

Qua de caussa multi amicorum, quibus diu concepta eroticos graecos olim illustrandi consilia patefeceram, mihi auctores facti, vt ab hoc Achille *ordinem duci iuberem, simul, ne diutius libelli exempla deessent, cuius lectione iucunde adficerentur, simul, vt redderetur emendatior. Sensi autem, manu admota, rem maioris operae hanc esse recensionem, quam primum quidem putaram, neque vnius alteriusue horae, quomodo speraueram. Admodum enim difficile fuit, in tanta locorum discrepantium pugna, germanam eruere lectionem. Vix dici potest, quantum codices MSti a se diffideant, vt non incommode* Salmasius *olim iudicasset, duas ἐκδόσεις huius libri ab ipso auctore prodiisse, neque videri verisimile, tot varietates et interdum adeo insignes, a correctoribus aut librariis fuisse pro-*

fectus. Examinanti vero mihi ista dissidia curatius, locosque plures conferenti, venit in mentem, alteram editionem fortassis ab auctore fuisse scribae dictatam in calamum, alteram sua manu scriptam. Namque ego multa spuria deprehendi in vocabulis eiusdem similisue soni, quae librarius minus recte videretur auribus excepisse. Ita sunt alii codices ab auctoris autographo, quod correctius fuit, descripti, et alii ab exemplo librarii, quos vero, uti per manus in manus venere, posteritas deinde locis diuersis sensim sensimque emendauit, quoniam et hi inter se dissident.

Equidem ipse vsus sum vtriusque generis codicibus, id quod plurium beneuolentiae amicitiaeque debeo. In his nomino E. C. Reiskiam, magni nominis feminam, quae Palatini codicis varias lectiones sua manu descripsit, nec non M. Grulichium, V. D. M. cum bonis litteris in angulo Saxoniae rusticantem, meliore tamen fortuna dignissimum, qui exemplar Commelini, cum Casauboniano codice collatum, quod in sua bibliotheca seruabat, obtulit amicissime, addo prae caeteris, I. C. Schmiderum, virum graecarum litterarum admodum peritum, qui librorum Italicorum lectiones non sine sumtibus mecum communicauit. Plurimum utilitatis tulit codex, e bibliotheca Fuggerorum Comitum olim delatus Munichium, N. CCXI. qui variis locis manifeste deprauatis dedit medicinam. Nihil vero quidquam in textu graeco mutatum a me reperis, nisi quod

quod in libris MScriptis locum sibi praecipuum vindicet, ne forte mea etiam opera obtrudantur auctori, de quibus numquam somniauerat. Meas qualescumque coniecturas ea, quam et auctori lectorique debeo, modestia subieci in notis, quas olim inter legendum editioni meae adsperseram.

Praeter textum, a plerisque, vt puto, vitiis purgatum, habes illibatas Cl. Salmasii *notas, qui multus est in variis huius fabulae locis sanandis ac restituendis, cum doctis obseruationibus* I. B. Carpzouii, *viri elegantia ingenii doctrinaeque fama maxime conspicui, meisque laudibus longe maioris, in quibus non solum difficiliora explicantur, sed etiam cum similibus aliorum scriptorum locis conferuntur, curisque* T. B. Bergeri, *graecanicae litteraturae, vt omnis doctrinae solidioris, amantissimi, cuius et studium in corrigendis latini interpretis erroribus manifestissimis non possum non etiam atque etiam celebrare. Dederat hanc interpretationem Latinam* Annibal Cruceius, *aliis* Crucio *dictus, Mediolanensis, typis Heruagianis diu ante, quam ipse textus graecus publici iuris esset factus. Quamquam vitiis sat multis laborat, quorum partem non minimam videbis a* Salmasio *notatam, perutilem tamen cognoui, quoniam in quibusdam verae lectioni iterum reperiundae viam monstrat, et variis coniecturis praebet ansam, ita, vt ille* Cruceius *codicem minus corruptum ob oculos habuisse videatur. Nec parum lucis saepe accendebatur e translationibus aliorum idiomatum, nimirum e Gallica,*

quae

quae foras data est Amstelaedami anno huius saeculi XXXIII. quod de Anglicana forte etiam praedicandum esset, quae superiore saeculo est Oxonii in vulgus edita, si trans mare in meos pluteos cucurrisset. Optime de hoc auctore meruisse existimo Clarissimum Seyboldum, *teutonicae interpretationis auctorem, cui vero, proh dolor! vt ingenue profitetur, nulla, nisi Commeliniana editione vti licuit, quum Salmasianam diu frustra quaesiuisset. In primis lectu quoque digna sunt, quae de ipsius fabulae conditione ac pretio praefatus est, ne in ea transferenda apud eruditorum vulgum oleum atque operam perdidisse videretur.*

Quis autem scriptor ille, quem tibi trado, fuerit homo, ex dissertatione cognoscas, de hoc argumento ante hoc triennium a me scripta, vnde potiora nunc quidem repetam. Videtur Achilles *adpellatus fuisse nomine suo, adiecto patris, vel patroni, cognomine, vt vel cum* Casaubono *ad Athenaeum pro Tatii filio, vel cum* Salmasio *in notis pro eius sit liberto habendus. Nomini et cognomini modo praepositum, modo interiectum, modo adfixum vides nomen patriae, quam et stilus arguit, quia multas habet loquutiones, Alexandrinis perquam familiares. Floruit ex* Fabricii Weidleri*que sententiis tertio quartoue aerae Christianae seculo. Patet vero ex variis momentis, in descriptionibus, ritibus, dicendique modo obuiis, recentioris adhuc fuisse aetatis, ac post* Musaeum *vixisse,*

cuius

cuius poetae veneres plures imitatus est. Rhetor *fuit, quo eum ornat honoris titulo* Thomas Magister *voce* ἀναβαίνω· Ἀχιλλεὺς ὁ ῥήτωρ ἐν Λευκίππῃ, *pluraque, vt eruditione abundauit, scripsisse dicitur, astronomica, etymologica et historica, e quibus solus ille liber* περὶ σφαίρας *iniuriam temporis superauit. Certe non video, cur illum ingenii foetum huic* Tatio *cum quibusdam abnegem*, Suidae *nixus testimonio v.* Ἀχιλλεύς· Ἀχιλλεὺς Στάτιος, Ἀλεξανδρεὺς, ὁ γράψας τὰ κατὰ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα, καὶ ἄλλα ἐρωτικὰ, ἐν βιβλίοις ή. γέγονεν ἔσχατον χριστιανὸς καὶ ἐπίσκοπος. ἔγραψε δὲ καὶ περὶ σφαίρας, καὶ ἐτυμολογίας, καὶ ἱστορίαν σύμμικτον, πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν μνημονεύουσαν. Ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ κατὰ πάντα ὅμοιος τοῖς ἐρωτικοῖς. *Qui si docet, Christi tandem puriora sacra professum, ad episcopatum, nescio quem, peruenisse* Tatium, *nihil est, cur de eo dubitem, sed hoc cum* Salmasio *nego ac pernego, quod iam tum fuerit castiori addictus religioni, quum suam Leucippen composuit. Sic et* Heliodorus, *auctor Charicleae, fertur ad episcopatum Tricensem in Thessalia euocatus, quo tamen munere tandem abire maluit, quam flammis dare Charicleam, quod prouinciae synodus ab auctore voluerat exigere, narrante* Nicephoro, *Hist. L. XII. c. 34. Sat diu tamen et noster* Achilles *iniquis hominum iudiciis conflictatus est, ab aetate* Photii *(Vid. Bibl. Cod. LXXXVII.) usque ad haec nostra tempora. Nec laudo illud de paederastia colloquium, quod*

minime

minime ferunt teretes aures ac verecundae, tametsi rhetor alium induxerit loquentem, nec suo ipse suffragio argumentum comprobare velle videatur. Tu si vero Leucippen, ad istius genium saeculi conscriptam, Vulcano velis addictam, quot, quaeso, veterum scripta flammis delenda erunt? Spectes potius consilium auctoris, quod nemo non probauerit. Fabula quippe probitatis honorem vindicat: puniuntur mala, virtus tandem triumphat. Totius fabulae princeps argumentum constituit casta virgo, et quoniam haec vbique dominatur, veteres gnomonologi, Antonius *et* Maximus, *quos* Fr. Pithoeus *cum aliis recentioribus imitatur, in aduocandis testimoniis, hoc ab libro petitis, non solent excitare* Achillem Tatium, *vel librum de* Clitophontis *et* Leucippes *amoribus, sed laudant solam* Leucippen. *Haec enim quum parentibus inuitis domo cum iuuene aufugisset, varios labores trinaque mortis pericula subire fingitur, vt exemplum poenae, ob violatam pietatem de ipsa sumtae, praebeat aliis. Quare etiam iusta seruati pudoris praemia in legitimo Clitophontis amplexu non tulit ante, quam cum solicito parente fuisset reconciliata. Dignis laudibus hunc librum prosequitur vetus epigramma, quod ab aliis* Photio, *patriarchae constantinopolitano, inscribitur vulgo, ab aliis* Leonti, *philosopho, rectius* Leontio, *Eudoxiae parenti, socero Theodosii iunioris, et a* Salmasii *deprauatione restitutum ita se habet in Anthologia a* Reiskio *edita p. 126.*

Ερωτα

Ερωτα πικρὸν, ἀλλὰ σώφρονας βίον
Ο Κλειτοφῶντος μὲν παρεμφαίνει λόγος
Ο Λευκίππης δὲ σωφρονέστερος βίος
Απαντας ἐξίστησι, πῶς τετυμμένη,
Κεκαρμένη τε καὶ κατηχρειωμένη,
Τὸ δὴ μέγιστον, τρὶς θανοῦσ' ἐκαρτέρει.
Εἴπερ δὴ καὶ σὺ σωφρονεῖν θέλεις, φίλος,
Μὴ τὴν πάρεργον τῆς γραφῆς σκόπει θέαν,
Τὴν τοῦ λόγου δὲ πρὸς τὴν συνδρομὴν μάθε,
Νυμφοστολεῖ γὰρ τοὺς ποθοῦντας ἐμφρόνως.

Acerbum amorem Clitophontis, at probos castosque mores hic velut pingit liber. Verum in stuporem quemque dat castissima Leucippe, quae contrita fustibus, comarum honore exuta, rupta, mutila admota morti ter, tamen tenuit gradum. Quodsi ergo, amice, castitatem amas quoque, tabulam hancce contemplare vultu non vago: sed disce finem. Amare sobrie docet sancteque amantes hymenaeum capessere.

In argumento castior quidem est Heliodorus, *sed in dictione magis adfectatus, cui* Achilles *longe praestet natiuo lepore ac simplici elegantia, imo longius post se sit relicturus, si potuisset in descriptionibus ac picturis aliquem tenere modum. In his enim tantum displicet luxuries huius ingenii, quantum placet graecitatis venustas, de qua tirones melius e claue iudicabunt, quam in recen-*

recentiores Milesiarum fabularum scriptores graecos, postquam eos omnes edidero, subiiciam, qua de caussa etiam in hoc Tatii indice nihil, nisi quod ad historiam spectet, notatum reperient. Vt vero et stadium, quod ingressus sum, eo celerius decurram, et maior ornatus, maior vtilitas, ad libros illos perueniat, ab eruditis graecarum litterarum amatoribus enixe peto, vt eorum, quae vel ipsi in hoc genus scriptorum, a me publicandorum, commentati fuerint, vel in scriniis seruent ab aliis notata, publica tamen luce non indigna, copiam mihi facere, de suis consiliis per litteras agere mecum coeptisque meis aequi bonique velint consulere. Scribebam Vitebergae Pridie Kalend. Mai. A. C. ∞ I ɔ CCLXXVI.



AXIA-

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΑΤΙΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΟΙ ΠΕΡΙ

ΚΛΕΙΤΟΦΩΝΤΑ ΚΑΙ ΛΕΥΚΙΠΠΗΝ

ΛΟΓΟΙ Η

ACHILLIS TATII
ALEXANDRINI

DE

CLITOPHONTIS ET LEVCIPPES

AMORIBVS

LIBRI VIII

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΑΤΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ [1]
ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΚΛΕΙΤΟΦΩΝΤΑ ΚΑΙ ΛΕΥΚΙΠΠΗΝ [2]
ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ

ΚΕΦΑΛ. α΄.

ΣΙΔΩΝ *ἐπὶ θαλάττῃ πόλις, Ἀσσυρίων ἡ θάλασσα, μήτηρ Φοινίκων ἡ πόλις,* [3] *Θηβαίων ὁ δῆμος*

1) ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΑΤΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ] Ita est apud Suidam. Ἀχιλλεὺς Τάτιος Ἀλεξανδρεύς. Noluiſſem tamen mutatum ordinem, qui in omnibus libris ſcriptis reperitur. Ἀχιλλέως Ἀλεξανδρέως Τατίου. Qui ſane mirus eſt, et inſolens. Nam ſi Ἀλεξανδρεὺς ἐθνικὸν ſit nomen pro Alexandrino, in fine locum deberet occupare, non in medio poni nominis et cognominis, vel praenominis ac cognominis, qui nominis locus eſt. Magis etiam mirandum, quomodo inuenitur ſcriptum apud Photium in Bibliotheca, vbi praeponitur Ἀλεξανδρεὺς, hoc modo: Ἀλεξανδρέως Ἀχιλλέως Τατίου. Quod nunquam vidi fieri in nominibus ἐθνικοῖς, vt praeponantur, quae ſemper poſtponi ſolent. Vt eſt ſcriptum in omnibus libris, Ἀλεξανδρεύς, videretur nomen eius fuiſſe proprium. An Ἀλέξανδρος nomen ei fuit, Ἀχιλλεὺς praenomen, Τάτιος cognomen? Vix putem. Sed de his pluribus in Diatriba de nominibus antiquorum Romanorum, quam praefiximus Notis ad Arnobium. Apparet ex his duobus nominibus, libertum fuiſſe hunc Achillem. Achil-

ACHILLIS TATII ALEXANDRINI

DE CLITOPHONTIS ET LEVCIPPES AMORIBVS

LIBER PRIMVS

CAPVT I.

SIDON Phoeniciae princeps ciuitas, Thebanorumque generis origo, in Aſſyrii maris littore poſita

Achilles enim vocabatur proprio nomine, et cum domini cognomine, quod adoptauit ſeruitute emiſſus, *Achilles Tatius*. Sic Ἀχιλλεὺς Ἐπαφρᾶς in veterum inſcriptionibus. Verum de his alibi. Scribitur hoc nomen in libris noſtris cum vnica lambda, Ἀχιλεύς. Nominis ratio, quam illi Grammatici dant, vnicum poſtulat, ſiue a χεῖλος, ſiue a χιλὸς veniat. Certe, vt dixi, libri hic ita ſcribunt, Ἀχιλέως Τατίου. SALMASIVS.

Obſtat Salmaſio codex Bauaricus, in quo legitur: Ἀχιλλέως Ἀλεξανδρέως Τατίου. Ecquis neſcit, duas eiusdem ſoni litteras, in titulis praeſertim, vnica conſignari, idque ſaepiuscule fieri in liquida littera? Vid. REINESII *Var. Lect.* L. XV. p. 118. et *Syntagma Inſcript.* p. 97. Laudatur etiam ab *Harleſio* Celeb. *Orthogr. Cellar.* p. 159. Marmor Romanum, quod habet: VALERIVS ACHILLEVS. Haud quidem negauerim, propter Etymologiam ſcribendum fuiſſe Ἀχιλλέως, ſiue Spanhemii etymon accipias, ſiue aliud. Illud *Canterus* ad *Lycophrona* v. 178. illuſtrat ex antiquo carmine:

δῆμος πατήρ. 4) Δίδυμος λιμὴν ἐν κόλπῳ πλατὺς, ἠρέμα κλείων τὸ πέλαγος. ἡ γὰρ ὁ κόλπος 5) κατὰ πλευρὰν

— — Ἀχιλῆα

Πηλεὺς κικλήσκει χώλειος οὕνεκά μιν.

Nam Thetis, pueros mortales, tamquam se indignos, combustura, a patre superueniente prohibita fuit in vltimo Achille, quum tamen alterum labrum iam combustum esset, vnde post Ἀχιλεὺς dictus esse fertur. Mihi vero magis placet χιλὸς, *pabulum*, quod Achilles a Chirone singulari pabulo, haud quidem oleribus ac herbis, sed medulla ferarum, nutritus esse creditur, vt auctor est Eustathius p. 14. Ἀπὸ τοῦ α στερητικοῦ καὶ τοῦ χιλὸς, ὅ ἐστιν ἡ ἐκ τῶν σπορίμων τροφή. οὐ γὰρ χιλῷ, φασὶν, ἤτοι Δημητριακῷ καρπῷ ἐτράφη ὁ ἥρως, ἀλλὰ ζώων μυελοῖς, βρεφόθεν. Propter Euphoniam igitur simplex λ a grammaticis tandem est geminatum. Nec mireris a *Suida* STATIVM nominari. Nam plenioris soni caussa principiis vocabulorum saepenumero Σ adiicitur. Habent Graeci μέρδω et σμέρδω, μῦς et σμῦς, φαλάγγιον et σφαλάγγιον, μογερὸς et σμογερὸς, φάζω et σφάζω, μικρὸς et σμικρός. Eodem modo *Suidas*, nisi forte locus corruptus sit a librariis, hunc nostrum *Tatium* vocat *Statium*. Neque probabile est, *Statium* fuisse nomen heri manumittentis, adoptatum ab *Achille*, quemadmodum coniicit *Claudius*. Etenim *Gellius Noct. Att.* IV, 19. *Statius*, inquit, *seruile nomen fuit: plerique apud veteres serui eo nomine fuerunt.* BODEN.

2) Τῶν περὶ Κλειτοφῶντα καὶ Λευκίππην] Male legebatur in Editione Heidelbergensi: τῶν ἐπὶ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα. In quibusdam legitur, περὶ Λευκίππης καὶ Κλειτοφῶντος. Sed melius est, quod in scriptis Codicibus pluribus offendi, τῶν περὶ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα. Ita etiam legit in suis Photius. Suidas habet κατὰ. Quod et ipsum rectum est. Ἀχιλλεὺς Τάτιος, Ἀλεξανδρεὺς, ὁ γράψας τὰ κατὰ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα. Ita etiam in Codice Anglicano superscriptum est pro varia lectione, loco τοῦ περί. SALMAS.

Retinui τὸ περὶ e codice Bauarico. Similiter etiam *Heliodorus*

est. Geminum ea portum amplo admodum sinu, verum aditu angusto, maris aquam sensim accipiente, complectitur.

dorus sua Aethiopica extremo L. X. nominat σύνταγμα τῶν περὶ Θεαγένην καὶ Χαρίκλειαν Αἰθιοπικῶν, neque aliter *Chariton* suos libros περὶ Χαιρέαν καὶ Καλλιῤῥόην. *Longus* tamen per κωτὰ· τῶν κατὰ Δάφνιν καὶ Χλόην et *Eustathius*, siue, vt in quibusdam Codicibus scribitur, *Eumathius* καθ' Ὑσμινίαν καὶ Ὑσμίνην. Nec male in quibusdam legitur περὶ Λευκίππης καὶ Κλειτοφῶντος. Eodem enim modo *Xenophontis Ephesiaca* inscribuntur περὶ Ἀβροκόμου καὶ Ἀνθίας. BODEN.

3) Μήτηρ Φοινίκων ἡ πόλις] *Iustinus* repugnare videtur, XVIII, 3. *Tyriorum res*, inquiens, *a Phoenicibus fuit: qui terrae motu vexati, relicto patriae solo, Assyrium stagnum primo, mox mari proximum litus incoluerunt, condita ibi vrbe, quam a piscium vbertate, Sidona appellauerunt; nam piscem Phoenices Sidon vocant.* Notes vero, quod Sidon eam ob caussam dicta sit μήτηρ Φοινίκων, quod, posteaquam Phoenices eam condiderant, partu clara fuit, aliis vrbibus Phoenicum genitis, vt μήτηρ πόλις eadem sit, quae μητρόπολις, matrix, siue parens plurium oppidorum. Nam secundum *Suidam* μητροπόλεις dicuntur, e quibus coloniae deductae sunt. Iam vero satis liquet, a Phoenicibus, per totum terrarum orbem multas esse vrbes conditas atque in primis e ciuitate Sidoniorum complures esse colonias deductas. Recte igitur vocatur a Tatio μήτηρ πόλις, tum, quia princeps huius regionis ciuitas fuit, tum, quia pluribus Phoenicum vrbibus dedit originem. IDEM.

4) Θηβαίων ὁ δῆμος πατήρ] *Curtius* quidem Lib. IV, c. 19. Thebanorum originem Tyriis tribuit, sed hi ipsi fuere Phoenices. Quare *Isidorus* Orig. XV, 1. *Phoenices a rubro mari profecti, Sidonem vrbem opulentissimam condiderunt ... Ipsi etiam Tyrum in Syria — ipsi Thebas in Boeotia.* Disertis etiam verbis *Plinius* V, c. 19. *Sidon artifex vitri, Thebarumque Boeotiarum parens.* Dicitur

ῥεῖν ἐπὶ δεξιᾷ κοιλαίνεται, στόμα δεύτερον ὀρώρυκται, καὶ τὸ ὕδωρ αὖθις εἰσρεῖ, καὶ γίνεται τοῦ λιμένος ἄλλος λιμὴν, ὡς χειμάζειν μὲν ταύτῃ 6) τὰς ὁλκάδας ἐν γαλήνῃ, θερίζειν δὲ τοῦ λιμένος εἰς τὸ προκόλπιον. Ἐνταῦθα ἥκων ἐκ πολλοῦ χειμῶνος, σῶστρα τε ἔθυον 7) ἐμαυτοῦ 8) τῇ τῶν Φοινίκων· καλοῦσιν αὐτὴν Ἀστάρτην 9) οἱ Σιδώνιοι. Περιιὼν οὖν καὶ τὴν ἄλλην πόλιν καὶ περισκο-

Dicitur *Cadmus*, Agenoris, Sidoniorum regis, filius, conditor fuisse Thebarum, vnde arx *Cadmea* vocata. Hanc ob caussam Sidoniis ortum debere Thebas noster arbitratur. Sed vrbs illa diu ante Cadmum et ipsos Phoenices videtur ab *Ogyge* aedificata secundum *Pausaniam* in Boeoticis p. 548. Γῆν δὲ τὴν Θηβαΐδα οἰκῆσαι πρῶτον λέγουσιν Ἐκτῆνας, βασιλέα δὲ εἶναι τῶν Ἐκτήνων ἄνδρα αὐτόχθονα Ὤγυγον, καὶ ἀπὸ τούτου τοῖς πολλοῖς τῶν ποιητῶν ἐπίκλησις ἐς τὰς Θήβας ἐστὶν Ὠγυγίαι. Idem paullo post mentionem facit portae, quae vocata fuerit Ogygia ab conditore, quem etiam agnoscit Varro de R. R. III, 1. IDEM.

5) Ἡ γὰρ ὁ κόλπος] Ita reposuimus ex libris. Vulgo erat: καὶ γὰρ ὁ κόλπος. SALMASIVS.

6) Ὡς χειμάζειν μὲν ταύτῃ] Legebatur in editione Palatina, ἐν ταύτῃ. Et sic etiam habet Anglicanus Codex. Sed Florentinus et Romanus vt et regii recte legunt: μὲν ταύτῃ. IDEM.

7) Σῶστρα τε ἔθυον] Florentinus non agnoscit illud τε et potest abesse. In reliquis tamen habetur. Idem Florentinus hoc ordine haec legit, Ἀστάρτην αὐτὴν οἱ Σιδώνιοι καλοῦσι. De Astarte Sidoniorum nos alibi. Hic enim decreuimus tantum variarum lectionum numerum recensere, et receptarum a nobis rationem reddere. IDEM.

E codice Bauarico et editione Commeliniana restitui ἐμαυτοῦ. *Sua* enim nauta, seruatus in tempestate, sacra eucharistica et votiua facit deae. Omisi τῇ Θεᾷ, quod forte ex margine irrepserat. Non enim inusitata haec ellipsis est apud graecos. Σῶστρα vero quid fuerint, discimus

Vbi enim dexterum sinus latus curuatur, aditus illic alter patet: per quem aqua rursum illabitur: itaque portus portui adiungitur, vt in illo hyeme, aestate in hoc, tutam naues habeant stationem. Eo cum ex alto tempestate reiectus fuissem, Phoenicum deae, Sidonii Astarten vocant, quae pro recepta salute consueuerunt, sacra feci. Deinceps cum alia ciuitatis loca perlustrarem, ac in deorum tem-

mus ex *Polluce*. Proprie dabantur σῶτρα medico; quae ἰατρεῖα et ἴατρα, teste Hesychio, etiam vocabantur. Vid. *Pollux Onomast.* Lib. VI. c. 41. Deinde sunt praemia, conseruatoribus data, siue homines ii fuerint, siue dii σωτῆρες. Illis coronae, his alia donaria ferebantur, saepe victimae caedebantur. Potissimum ii, qui maris pericula experti erant, aliquid ex instrumentis naualibus consecrabant deo. Huc pertinet Agamemnon, qui Dianae clauum obtulit, in continendis ventis postquam ipsi nauauerat operam. Naufragi autem, in fluctibus seruati, vel tabulas naufragii vestimentaque suspendebant in templo Isidis, vel hostias mactabant in honorem deûm. Σῶτρα vel σωτήρια illa sacrificia fuere nominata, quibus ii, qui votis se in periculo obstrinxerant, impetrata salute, iustam mercedem diis persoluerent. Ita Antoninus, occiso Geta, structas sibi insidias seque praeuento insidiatore seruatum simulans, votiua sacra offert apud *Herodianum* IV, 4, 12 ἔθυέ τε σωτήρια.

BODEN.

8) Ἑρμαντῦ] Si retinenda lectio Salmasii videtur ἐν αὐτῷ subintelligendus est portus. Erant enim in ipsis portubus fana extructa, quod locus docet apud *Ciceronem de Inuent.* L. II. *Casu erat in eo portu fanum Dianae eius, cui vitulum immolari non licebat.*

BERGER.

9) Ἀστάρτην] Legendus est hic inprimis locus apud *Ciceronem de Nat. Deorum* L. III. c. 23. *Venus prima Caelo et Die nata — altera, spuma procreata — tertia, Ioue nata et Diana, quae nupsit Vulcano — quarta, Syria, Tyroque concepta:*

ρισκοπῶν τὰ *ἀναθήματα,[10]) ὁρῶ γραφὴν ἀνακειμένην γῆς ἅμα καὶ θαλάσσης. Εὐρώπης ἡ γραφή. Φοινίκων ἡ θαλάττα. Σιδῶνος ἡ γῆ. Εν τῇ γῇ λειμὼν, καὶ χορὸς παρθένων. Εν τῇ θαλάττῃ ταῦρος ἐπενήχετο, καὶ τοῖς νώτοις καλὴ παρθένος ἐπεκάθητο, ἐπὶ Κρήτην τῷ ταύρῳ πλέουσα. Εκόμα[11]) πολλοῖς ἄνθεσιν ὁ λειμών. δένδρων αὐτοῖς ἀνεμέμικτο φάλαγξ καὶ φυτῶν. συνεχῆ τὰ δένδρα. συνηρεφῆ τὰ πέταλα. συνῆπτον οἱ πτόρθοι[12]) τὰ φύλλα, καὶ ἐγίνετο τοῖς ἄνθεσιν ὄροφος[13]) ἡ τῶν φύλλων

cepta: quae Astarte vocatur: quam Adonidi nupsisse proditum est. IDEM,

Αστάρτην] De hac consule *Io. Seldeni de diis Syris Syntagma* II. c. 2. vbi ex proposito de Astarte agitur. Dubitat vero Gallicus interpres, hoc quidem loco Venerem vocari Astarten, quippe quam *Tatius* reliquis locis omnibus Αφροδίτην appellare consueuerit. Placet eius coniectura, fuisse *Arathin*, f. *Atergatin*, Semiramidis matrem, Syriae reginam, cui votiua sacra facta sint. Hanc referunt ob amissum pudorem tantum animo dolorem concepisse, vt sese in vndas dederit praecipitem, quumque cadauer eius ab vrinatoribus reperiri non potuisset, creditum esse, quod in piscem sit, vel in deam marinam, transformata. Quum deinceps a piscium esu vicini populi religiosissime abstinerent, quidam eam dictam volunt Atergatin, quasi ἀτεργατίδος, quod Syris *sine piscibus* sonat, nisi forte nomen duxerit ab אדיר דג *piscis potens*, quia saepius etiam venit nomine Atargatae et Adergatis. Dea enim marina facie humana fuisse dicitur, reliquo corpore in piscem desinente, vnde *Plinius* H. N. V, c. 23. *prodigiosam* eam vocat. Vero autem similius, huic, tamquam aquarum numini, in fluctibus vota esse facta atque in portu soluta. Quamquam Venus etiam quaedam est marina, quae ab ipso *Tatio* infra L. V. pro maris filia habetur, haud tamen illa solebat a periclitantibus in mari

plis munera tholis suspensa contemplarer, tabulam animaduerti pictam, terram ac mare, necnon Europae fabulam, continentem: ac mare Phoenicum, Sidoniorum terra esse dignoscebatur. In terra pratum erat virginibus refertum. In mari taurus natabat, formosamque humeris puellam sustinens Cretam versus cursum tenebat. Pratum multa florum varietate distinctum, arborumque et fruticum copia interfitum erat: quarum rami atque frondes mutuo complexu ita sese nectebant, vt tecti vsum floribus praesta-

 rent.

ri pro impetranda salute inuocari. BODEN.

10) Ἀναθήματα] Multum lucis adfundit locus Peripli ponti Euxini et Maeotidis paludis, vbi de Achillis insula atque eius fano ibi extructo haec leguntur verba: Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ ἀναθήματα, ἀνάκειται ἐν τῷ ναῷ, φιάλαι καὶ δακτύλιοι καὶ λίθοι τῶν πολυτελῶν καὶ πολυτελεστέρων. Ταῦτα ξύμπαντα χαριστήρια τῷ Ἀχιλλεῖ καὶ ἀνάκειται καὶ ἐπιγεγραμμένα τὰ μὲν ῥωμαϊκῶς, τὰ δὲ ἑλληνικῶς πεποιημένα ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ μέτρῳ, ἔπαινοι τοῦ Ἀχιλλέως. edit. Oxon. p. 11. Plura de donariis habet *Thomasinus* de votis, donariis, anathematis, tabellis votiuis, qui extat T. XII. thes. Graev.

IDEM.

11) Ἐκόμα] Similis locus apud *Axiochum*: Παντοῖοι δὲ λειμῶνες ἄνθεσι ποικίλοις ἠαριζόμενοι.

BERGER.

12) Οἱ πτόρθοι] Articulus abest in Codice Bauarico et editione Commeliniana.

BODEN.

13) Ἐγίνετο τοῖς ἄνθεσιν ὄροφος ἡ τῶν φύλλων συμπλοκή] Praefero συμπλοκήν, quia meliores codices habent, Latinus interpres olim ita legit, ac vox est *Tatio* familiaris. Saepius infra repetitur hoc sensu p. 51. edit. Salmas. αἱ γείτονες τῶν πετάλων περιπλοκαί, τῶν φύλλων συμβολαί, τῶν καρπῶν συμπλοκαί. Et paullo inferius est etiam ἀνθέων συμπλοκή. Similem descriptionem vide apud *Longum*, *Past.* L. III. ἐν μετεώρῳ δὲ οἱ κλάδοι συνέπιπτον ἀλλήλοις, καὶ ἐπήλλαττον τὰς κόμας·

ἐδόκει

λων συμπλοκή. ἔγραψεν ὁ τεχνίτης ὑπὸ τὰ πέταλα καὶ τὴν σκιάν· καὶ ὁ ἥλιος ἠρέμα τοῦ λειμῶνος κάτω σποράδην διέῤῥει, ὅσον τὸ συνηρεφὲς τῆς τῶν φύλλων κόμης [14]) ἀνέῳξεν ὁ γραφεύς. Ολον [15]) ἐτείχιζε [16]) τὸν λειμῶνα περιβολή· εἴσω δὲ τοῦ τῶν ὀρόφων στεφανώματος ὁ λειμὼν ἐκάθητο. αἱ δὲ πρασιαὶ τῶν ἀνθῶν ὑπὸ τὰ πέταλα τῶν φυτῶν στιχηδὸν [17]) ἐπεφύκεσαν, νάρκισσος, καὶ ῥόδα, καὶ μύῤῥιναι. ὕδωρ δὲ κατὰ μέσον [18]) ἔῤῥει τοῦ λειμῶνος τῆς γραφῆς, τὸ μὲν ἀναβλύζον κάτωθεν ἀπὸ τῆς γῆς, τὸ δὲ τοῖς ἄνθεσιν καὶ τοῖς φυτοῖς περιχεόμενον. ὀχετηγός τις ἐγέγραπτο δίκελλαν κατέχων, καὶ περὶ μίαν ἀμάραν κεκυφὼς, καὶ ἀνοίγων τὴν ὁδὸν τῷ ῥεύματι. Εν δὲ τῷ τοῦ λειμῶνος τέλει πρὸς ταῖς ἐπὶ θάλατταν τῆς *γῆς ἐκβολαῖς τὰς παρθένους ἔταξεν ὁ τεχνίτης. τὸ σχῆμα ταῖς παρθένοις καὶ χαρᾶς καὶ φόβου. στέφανοι περὶ τοῖς μετώποις δεδεμένοι· [19]) κόμαι κατὰ τῶν ὤμων λελυμέναι· τὸ σκέλος [20]) ἅπαν

ἰδέαι μὲν τοι καὶ ἡ τούτων φύσις αὐτῆς τέχνης κ. τ. λ. IDEM.

Η τῶν φύλλων συνέχεια]. Ita reposuimus ex regiis codicibus. Quomodo etiam habuit Florentinum exemplar. In Palatino erat συμπλοκή. Atque ita in Anglicano reperi. Interpres etiam Latinus sic videtur in suo reperisse. Sic enim vertit: *quarum rami atque frondes mutuo complexu se nectebant.* SALMASIUS.

14) Κόμης] Κόμαι hoc loco sunt extremae foliorum partes. BERGER.

15) Ολον ἐτείχισε τὸν λειμῶνα] Legi volueram ἐτείχιζε. Ita in Anglicano et aliis. Sic etiam legit interpres Latinus. SALMAS.

16) Ἐτείχιζε] Sic restitui e codicibus lectionem, quam editor Lugdunensis in nota amplectitur, e textu tamen inique repulerat. JODEN.

17) Στιχηδὸν] Salmasianum est vocabulum στοιχηδὸν, quod expunxi, nusquam locorum reperiundum, sed στιχηδόν. Hoc est apud *Herodianum* IV, 9, 9. Κε-

λίνει

rent. Vmbram quinetiam sub frondibus pictor effinxerat eo artificio, vt locis aliquot radii solis modice pratum illustrarent, tantum scilicet quantum quidem contextas frondes patere voluit pictor. Caeterum harundinum corona pratum vniuersum vndique munierat. Sub foliis fruticum, narcisso, rosa, myrtoque, ordinatim sati puluini cernebantur. Sed et ima ex terra scatebat fons, qui medium pratum, floresque ac plantas, hac illac discurrens, irrigabat. Nec deerat, qui, sumpto ligone riuulo imminens, aquae viam patefaceret. In ea prati parte, quae mare attingebat, virgines pictor expressserat, vultu cum hilaritatem, tum moerorem indicantes. Corollae iis in capite erant, crines per humeros effusi, pedes vinculis exuti, crura vestibus, zona

λέναι δὴ, στιχηδὸν τὰς κοιλίας πάντας διαστῆναι. IDEM.

[18]) Κατάμεσον] Melius distinctim legatur: κατὰ μέσον. SALMAS.

[19]) Δεδεμένοι] Sic reposuimus pro eo, quod erat in editione διαδύμενοι. Sic tamen in Anglicano legitur. Florentinus habet: δεσμούμενοι. IDEM.

[20]) Τὸ σκέλος ἅπαν γεγυμνωμένον] In quibusdam τὸ σκέλος πᾶν. Locum hunc non recte reddidit interpres, dum sic vertit: *Pedes vinculis exuti, crura vestibus zona, genu tenus succinctis nudata.* Ita Graeca distinguenda sunt ac vertenda: Τὸ σκέλος ἅπαν γεγυμνωμένον, τὸ μὲν ἄνω, τοῦ χιτῶνος, τὸ δὲ κάτω, τοῦ πεδίλου. *Crus totum illis nudum, superne quidem tunica, infima vero parte calceo.* Non dicit nudipedes illas Nymphas fuisse, sed crura tantum nudata habuisse, quia cothurnis non euincta. Et superna quidem pars cruris illis nuda, quia vestis ad genu subducta, quae crura non tegebat: in sandaliis autem

ἅπαν γεγυμνωμέναι·[21]) τὸ μὲν ἄνω, τοῦ χιτῶνος, τὸ δὲ κάτω, τοῦ πεδίλου· τὸ γὰρ ζῶσμα μέχρι γόνατος ἀνεῖλκε τὸν χιτῶνα. τὸ πρόσωπον ὠχραί·[22]) σεσηρυῖαι τὰς παρειάς· τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίξασαι πρὸς τὴν θάλατταν· μικρὸν ὑποκεχηνυῖαι τὸ στόμα, ὥσπερ ἀφήσειν ὑπὸ φόβου μέλλουσαι καὶ βοήν· τὰς χεῖρας ὡς ἐπὶ τὸν βοῦν ὤρεγον. ἐπέβαινον ἄκρας τῆς θαλάττης, ὅσον ὑπεράνω μικρὸν τῶν ταρσῶν[23]) ὑπερέχειν τὸ κῦμα· ἐῴκεισαν δὲ βούλεσθαι μὲν ὡς ἐπὶ τὸν ταῦρον δραμεῖν, φοβεῖσθαι δὲ τῇ θαλάττῃ[24]) προσελθεῖν.[25]) Τῆς δὲ θαλάττης ἡ χροιὰ διπλῆ· τὸ μὲν γὰρ πρὸς τὴν γῆν, ὑπέρυθρον καὶ κυάνεον·[26]) τὸ δὲ πρὸς τὸ πέλαγος, ἀφρὸς ἐπεποίητο καὶ πέτραι καὶ κύματα. αἱ πέτραι τῆς γῆς ὑπερβεβλημέναι, ὁ ἀφρὸς περιλευκαίνων τὰς πέτρας, τὸ κῦμα κορυφούμενον καὶ ἐπὶ τὰς πέτρας λυόμενον εἰς τοὺς ἀφρούς.

autem erant, quae infimam cruris partem non velabant, vt solent cothurni tibiatim calceantes, sed pedem ipsum, tantum, siue etiam pedis plantam. Haec πέδιλα vocat. IDEM.

[21]) Γεγυμνωμέναι] Vel ipsi pedes nudi poterant esse, quidquid etiam *Salmasius* contra monet: amabant enim puellae aqua pedum plantas tingere saepissime. BERGER.

[22]) Ωχραί] *Salmasius* exercit. Plin. negat pallidum colorem hoc innui vocabulo, sed luteum: hoc autem loco profecto nihil aliud significat ac pallidum. IDEM.

[23]) Τῶν ταρσῶν] Translate hoc loco sumitur. Haec enim vox inter alia quoque notat τὸ ἄνω τοῦ ποδὸς, ἢ καὶ τὸ ἄκρον τῆς χειρός. Vid. *Herodot.* L. I. et ibi interpretes. BERGER.

[24]) Τῇ θαλάττῃ προσελθεῖν] Ita reposuimus ex libris regiis. In Palatino fuit πρόσω ἐλθεῖν. Atque ita etiam in Anglicano, sed male. SALMASIVS.

[25]) Προσελθεῖν] Non tam male scribitur πρόσω ἐλθεῖν, quam iudicat

na genutenus succinctis, nudata: os pallidum, genae contractae, oculi mare intuentes, labia nonnihil hiulca, quasi prae metu vox praeclusa fuisset, manus taurum versus protentae. Ad mare autem eo vsque processerant, vt pedis partem superiorem aqua pertingeret: corporis totius status is erat, vt et ad taurum contendere velle, et vndis credere se vereri viderentur. Mari color inerat duplex: terrae enim propinquior pars subrubebat: remotior vero et profundior caerulea erat. Efficta quoque erat et spuma et scopuli et fluctus. Illic scopuli etiam e terra proiecti extabant: quos e tumescentibus et saxo allisis fluctibus facta spuma dealbabat. Medio in mari pictus taurus

judicat *Salmasius*. Ita quoque reperitur in Heidelbergensi: Πρόσω i. q. τὸ ἐν ποσί, seu τὸ πρὸ ποδῶν. Erat vero ante pedes mare, cui se committere virgines verebantur. Vide similes locos in *Stephani* Thes. Gr. L. T. III. p. 559.

BODEN.

26) Τὸ μὲν πρὸς τὴν γῆν ὑπέρυθρον καὶ κυάνεον] Vereor, vt haec lectio satis vera sit et distinctio. Sic tamen legunt libri, quos vidimus. Nec aliter Anglicanus habet Codex. Puto ita legendum esse ac distinguendum totum locum: τῆς δὲ θαλάττης ἡ χροιὰ διπλῆ. τὸ μὲν γὰρ πρὸς τὴν γῆν ὑπέρυθρον, κυάνεον δὲ τὸ πρὸς τὸ πέλαγος. Dicit duplicem fuisse maris colorem. Prope littus, aquam eius subrubescentem, a littore remotiorem, qua altum mare, subuiridem ac caeruleam visam. Quae sequuntur, alio pertinent, non ad colorem marinae aquae duplicem: ἀφρὸς ἐπεποίητο, καὶ πέτραι, καὶ κύματα. A pictore ait ibidem effictam esse maris spumam et scopulos et fluctus. Quae quare omiserit interpres, nescio.

SALMASIVS.

27) ἐγε-

ἀφρούς. Ταῦρος ἐν μέσῃ τῇ θαλάττῃ ἐγέγραπτο 27) τοῖς κύμασιν ἐποχούμενος, ὡς ὄρους ἀναβαίνοντος τοῦ κύματος, ἔνθεν 28) καμπτόμενον τοῦ βοὸς κυρτοῦται τὸ σκέλος. 29) Ἡ παρθένος μέσοις ἐπεκάθητο τοῖς νώτοις τοῦ βοὸς, οὐ περιβάδην, 30) ἀλλὰ κατὰ πλευρὰν, ἐπὶ δεξιὰ συμβᾶσα τὼ πόδε, τῇ λαιᾷ 31) τοῦ κέρως ἐχομένη, ὥσπερ * ἡνίοχος χαλινοῦ. καὶ γὰρ ὁ βοῦς ἐπέστραπτο ταύτῃ μᾶλλον πρὸς τὸ τῆς χειρὸς ἕλκον ἡνιοχούμενος. Χιτὼν ἀμφὶ τὰ στέρνα τῆς παρθένου μέχρις αἰδοῦς, 32) τοὐντεῦθεν ἐπεκάλυπτεν χλαῖνα τὰ κάτω τοῦ σώματος. λευκὸς ὁ χιτών. ἡ χλαῖνα 33) πορφυρᾶ. τὸ δὲ σῶμα διὰ τῆς ἐσθῆτος 34) ὑπεφαίνετο. 35) Βαθὺς ὀμφαλὸς,

27) Ἐγέγραπτο] Emenda: ἐγγέγραπτο. Sit paullo infra: οἵτινες ἂν αὐτῶν ἐγγεγράφθαι καὶ τὰ κύματα. BODEN.

28) Ἔνθεν] Codex Bauaricus habet ἔνθα. Monet hoc, vt putem, forte legendum esse: ἐν θαλάσσῃ. IDEM.

29) Ἔνθεν καμπτόμενον τοῦ βοὸς κυρτοῦται τὸ σκέλος] Ita Florentinum Exemplar, vt et Regium. Quod cum in ora mei codicis adnotassem, arripuit corrector. Probo tamen magis editam, cui et reliqui scripti consentiunt, cum hac interpunctione: ὡς ὄρους ἀναβαίνοντος τοῦ κύματος, ἔνθεν καμπτόμενον τοῦ βοὸς κυρτοῦται τὸ σκέλος. Qua taurus ille volumina crurum sinuabat et curuabat, ad ingrediendum per mare, videbatur illic quasi mons e mari exsurgere, ac sese ex vndis attollere. SALMAS.

30) Οὐ περιβάδην] POLLVX L. III. C. XIII. Περιβάδην ἐστὶ, τὸ ἐπαλλάξαι τοὺς πόδας, alternatim pedes permutare. Ita concinne sessio equitis exprimitur. BODEN.

31) Τῇ λαιᾷ] In multis haec quidem descriptio raptus Europae conuenit cum Ouidiana Metam. L. II, 950. seqq. Poeta tamen in nonnullis abit a pictore. In tabula nostra sinistra manu virgo tenet cornu, in Ouidiana se aliter habet:

— *dextra cornum tenet, altera dorso*
Imposita est.

Eadem sessio conspicitur in numo

rus ab vndis vehebatur, montis instar attollente se vnda, qua bouis crura flectebantur. tauri dorso virgo insidebat, non equitum more, sed vtrisque dexterum in latus pedibus apte demissis; laeuaque cornu, quomodo habenas aurigae solent, tenebat: manum enim taurus sequebatur. Virginis pectus ad pudenda vsque alba tunica, corpus reliquum purpurea laena contegebatur: omnia tamen per vestem cernere licebat. Nam et profundus vmbilicus, et planus venter et angusta ilia, pectus in acutum dilatabatur, papil-

-mo Gortynio apud *Begerum Thes. Brandenburg.* T. I. p. 400. et in gemma p. 195. Contrarium vero habitum exhibet gemma Maffejana, quae cum tabula, ab auctore descripta, magis conuenit. Ectypon habes in *Lipperti Dactyliotheca Mill. I. P. I. n* 14. Cf. *Montefalconii Recueil d' Antiquité T. I. pl.* 19. *et Mariettii Recueil des pierres gravées du Cabinet du Roi* T. II, 23. Maxime respondent picturae Achilleae loci *Nonni Dionys.* I, 61. seqq. et LVCIANI *extremo dial. marin.* coll. *Moscho Idyll.* II, 80 sqq. E recentioribus officium coniugiale e diis bestiisque maritimis auxit non sine luxuria ingenii *Metastasius* in Idyllio: *Il Ratto d' Europa* Vol. VI. p. 358. IDEM.

32) Μίχεις αἰδῶς] Ita Florentinus. In Anglicano, μίχεις αἰδῶ. Et ad oram insertum εἰς, vt esset, μίχεις εἰς αἰδῶ. Atque ita editum in Palatina editione. Nos alteram probauimus.

SALMASIVS.

33) Χλαῖνα idem est ac στολὴ, vestis pedes defluens ad imos, additur et diis a poetis.

BERGER.

34) Διὰ τῆς ἐσθῆτος] Frequens haec est loquutio *Xenoph. Memorab.* L. II. ἐσθῆτα δὲ, ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὥρα διαλάμποι. ANACR. XXVIII. Διαφαινέτω δὲ σαρκῶν ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.

IDEM.

35) Ὑπεφαίνετο] Ita e codice Baua-

φαλός, γαστὴρ τεταμένη.36) λαπάρα στενή.37) τὸ στέρνον38) εἰς ὀξὺ καταβαῖνον ηὐρύνετο. μαζοὶ τῶν στέρνων39) ἠρέμα προκύπτοντες. ἡ συνάγουσα ζώνη τοὺς μαζοὺς καὶ τὸν χιτῶνα ἔκλειεν,40) καὶ ἐγίνετο τοῦ σώματος κάτοπτρον ὁ χιτών.41) Αἱ χεῖρες ἄμφω διετέταντο, ἡ μὲν ἐπὶ κέρας, ἡ δὲ ἐπὶ

Bauarico reposui pro simplici ἐφαίνετο. Eodem fere modo *Philostr. Iun. Icon.* L. II, 8. edit. Olear. p. 813. Ὁρᾷς δὲ καὶ τὴν ὠλένην, ὡς διὰ λευκῆς τῆς ἐσθῆτος λευκοτέρα ὑποφαίνεται.

BODEN.

36) Γαστὴρ τεταμένη] OVIDIVS ventrem planum commendat Amor. I, 5.

Quam castigato planus sub pectore venter.

Lactantius de opificio dei c. 10. *Pectori subdita est planities ventris*, quam mediam fere *umbilicus non indecenti nota signat*. Opponitur ventri prominentiori, qui turpis habebatur. Eiusmodi venter planus vocatur a *Philostrato Iuniore* ἀπέριττος *Icon.* XV. p. 887.

IDEM.

37) Λαπάρα στενὴ] Ita libri. Editio: λαπάραι στεναί. In Anglicano superscriptum, pro varia lectione, an pro Glossa? λαγών.

SALMASIVS.

38) Τὸ στέρνον] Cod. Bau. τὸ στενόν.

BODEN.

39) Μαζοὶ τῶν στέρνων] Non aliter Galateae forma pingitur a *Philostrato Iun. Icon.* II, 18. p. 841. μαζὸς ὑπανίσταται, et Critheidos *Icon.* II, 8. p. 823. Οἱ μαζοὶ ὀρθοὶ ὑπαυγάζουσι.

IDEM.

40) Η συνάγουσα ζώνη τοὺς μαζοὺς καὶ τὸν χιτῶνα ἔκλειεν] An melior Florentini scriptura? ἡ συνάγουσα ζώνη τὸν χιτῶνα καὶ τοὺς μαζοὺς ἔκλειεν. Vt nimirum zona, quae constringebat tunicam, etiam papillas clauderet et coerceret. Hoc propemodum putem verius. Habuere et fascias, quibus sororiantes papillas comprimebant et compescebant sibi puellae, quas et στηθοδεσμίδας vocabant reliqui Graeci, Attici ταινίας, vt *Moeris Atticista* notat, *Martiali, fascia pectoralis*. Quae fascia tunicam etiam ea parte claudebat et constringebat. Sed ζώνην hic vocat *Tatius*, qua tunica cincta erat, et qua simul papillae comprimebantur et tegebantur.

papillae modice tumebant, zonaque adducta vna cum tunica, quae corporis speculum erat, succingebantur. Manu altera cornu, caudam altera virgo apprehenderat, et vtrisque humeris etiam capitis tegmen vtrin-

bantur. Pro μαζὰς quidam etiam hic libri praeferunt μαστὰς. Ita vocat semper Aristaenetus. Grammatici volunt, μαζὰς esse virorum proprios. Alii hoc discrimen negligunt.

SALMASIVS.

4) Καὶ ἐγίνετο τοῦ σώματος κάτοπτρον ὁ χιτών] Europae, tauro insidentis, in pictura indumenta describuntur, sic perlucida, vt, quidquid benigna concesserat natura, conspicua fuerint. Hunc habitum κάτοπτρον τοῦ σώματος *Tatius* dicit. Elegans videtur comparatio esse. Sed diligentius considerata ὑπὸ περιεργίας λήγει εἰς ψυχρότητα. *Longin.* περὶ ὕψ. sect. IV. Nam ante speculum, et non post, res, quae videri debet, ponenda. At ὁ χιτὼν, qui τοῦ κατόπτρου loco est, est ante σῶμα. Sensus verborum ipse patet, quod solet in frigidis: ipsa abesse verba poterant. *Eustathius*, in ficulneo absurdoque dramate suo, in Ismen. amor. lib. III pag. 82. melius tamen dicit: καὶ ἦν ὁ τῆς κόρης ὀφθαλμὸς οὕτως ἔρωτος κάτοπτρον. Et lib. V. p. 170. Καὶ χάριτας ὅλας, ὡς ἐν κατόπτροις ὑπεζωγράφησε τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ ὅλον τὸν ἔρωτα. Melius tamen et ipse eadem speculi similitudine vtitur noster, eod. libr. pag. 35. ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀλλήλοις ἀντανακλώμενοι, ἀπομάττουσιν ὡς ἐν κατόπτρῳ τῶν σωμάτων τὰ εἴδωλα. Et pag. 53. Τὸ δὲ ὕδωρ τῶν ἀνθέων ἦν κάτοπτρον. Adde lib. V. pag. 307. ἕλκουσα δὲ τοῦ ἐρωμένου τὸ εἴδωλον ἀεὶ, ἐναπομάττεται τῷ τῆς ψυχῆς κατόπτρῳ — Caeterum non sat felix est subinde *Tatius* in excogitandis similibus. Lib. I. p. 45 pedes salientis equi cum fluctuante naue comparat. En! audi: ὁ δὲ ἵππος τῇ τῶν ποδῶν κυρτούμενος ἁμίλλῃ ἄνω τε καὶ κάτω ποδῶν πρὸς τὴν ἑκατέρων σπουδὴν, δίκην νεὼς χειμαζομένης τοῖς νώτοις ἐκυμαίνετο. Non placet, quod rosam dicit ὀφθαλμὸν ἀνθέων lib. II. pag. 65. Nam frigidum est, velle promiscue

ἐπὶ οὐράν· ἤρτητο δὲ ἀμφοῖν ἑκατέρωθεν ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ἡ καλύπτρα κύκλῳ τῶν νώτων ἐμπεπετασμένη· ὁ δὲ κόλπος τοῦ πέπλου πάντοθεν ἐτέτατο κυρτούμενος· καὶ ἦν οὗτος ἄνεμος τοῦ ζωγράφου. ἡ δὲ δίκην ἐπεκάθητο τῷ ταύρῳ πλεούσης νηὸς, ὥσπερ ἱστίῳ τῷ πέπλῳ χρωμένη.[42] Ἐπὶ δὲ τὸν βοῦν[43]) ὠρχοῦντο δελφῖνες, ἔπαιζον ἐρωτές. εἶπες ἂν αὐτῶν ἐγγεγράφθαι καὶ τὰ κινήματα.[44]) Ἔρως εἷλκε τὸν βοῦν, Ἔρως μικρὸν παιδίον ἡπλώκει τὸ πτερὸν,[45]) ἤρτητο φαρέτραν, ἐκράτει τὸ πῦρ· ἐπέστραπτο δὲ ὡς ἐπὶ τὸν Δία[46]) καὶ ὑπεμειδία, ὥσπερ αὐτοῦ καταγελῶν, ὅτι δι' αὐτὸν γέγονε βοῦς.

ΚΕΦΑΛ. β'.

Ἐγὼ δὲ καὶ τ' ἄλλα μὲν ἐπῄνουν τῆς γραφῆς· ἅτε δὲ ὢν ἐρωτικὸς, περιεργότερον * ἔβλεπον τὸν ἄγοντα τὸν βοῦν Ἔρωτα.

miſcue id, quod ſingulari ornamento decorique eſt, *oculum* dicere. Quamuis interdum hoc fieri poteſt. (Hoc autem roſae encomium, quod τῆς κάλλης μένης eſſe praedicatur, *Sapphus* Oda in proſaicam orationem ſoluta, exiſtimatur. Vide fragmentum *Sapphus*, *Henr. Steph.* Lib. II. pag. 15.) Hyacinthum lapideam roſam nominat, lib. II. pag. 85. Et ita porro. Τὸ καὶ in καὶ ἐγίνετο τοῦ σ. κ. ὁ. χ. eleganter ſic reddi poſſe credo: *verbo ut dicam, erat* — Videtur enim ſcriptor, quae hactenus dixerat, vt ſummam faciat dicendorum, quaſi in vnum per iſtud περὶ τὴν νόσον καινόσπουδον colligere velle.

I. B. CARPZOV.

42) Ὥσπερ ἱστίῳ τῷ πέπλῳ χρωμένη] Ita F. et R. quod ſequuti ſumus. In Palatino et Anglicano, ὡσπερεὶ τῷ πέπλῳ ἱστίῳ χρωμένη. Minus bene.

SALMASIVS.

De Galatea PHILOSTRATVS *Icon.* L. II. p. 841. Ηδ' ὑπὲρ κεφαλῆς ἁλιπόρφυρον μὲν λήδιον εἰς τὸν Ζέφυρον αἴρει, σκιὰν ἑαυτῇ εἶναι, καὶ

vtrinque circum humeros effusum sustinebat: cuius sinum depictus ventus ita implebat, vt omni ex parte intumesceret. Puella tauro insidens nauis instar ferebatur, peplo veli vsum praebente. Tauro delphini assultabant, illudebant amores: quorum quidem motus etiam illic pictos esse diceres. Alter amor taurum trahebat, alter paruulus infanti alas expandens, pharetram gestans, faces vibrans; atque ad Iouem conuersus ridebat, quasi eum, quod sua opera in taurum mutatus esset, irrideret.

CAPVT II.

Ego igitur cum alias picturae partes laudabam, tum, quod et ego amori indulgeo, Cupidinem taurum trahentem

καὶ ἴσιον τῷ ἅρματι. Poterat etiam legi ἰσίῳ. BODENVS.

43) Ἐπὶ δὲ τὸν βοῦν] Codex: Περὶ δ. τ. β. IDEM.

44) Ἐγγεγράφθαι καὶ τὰ κινήματα] A. et P. ἀναγεγράφθαι. Reliqui meliores ἐγγεγράφθαι, vt edidimus. SALMAS.

45) Ἔρως μικρὸν παιδίον ἥπλωκει τὸ πτερὸν] Distingue, ἔρως μικρὸν παιδίον, ἥπλωκει τὸ πτερὸν, ἤρτητο φαρέτραν. Vult amorem in ea tabula pusi effigie paruuli pictum. Parum haec expressit interpres, ἔρως εἷλκε τὸν βοῦν, ἔρως μικρὸν παιδίον. IDEM.

Recte mihi videtur Tatius distinguere voluisse inter Cupidinem, qui taurum traheret, et alterum, qui flammam amoris in Iouis pectore excitasset. Illum fingit a pictore factum maiore forma, hunc minore. In gemma laudata alter Europam coronat, alter adnatat.

BODEN.

46) Ἐπέστραπτο δὲ ὡς ἐπὶ τὸν Δία] Malui, ἐπέστραπτο cum Florentino et Regiis, prae vulgato, quod etiam in Anglicano occurrit, μετεστράπτο.

SALM.

1) Ἀρχα

Ἔρωτα· καὶ, Οἷον, εἶπον, ἄρχει βρέφος οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ θαλάττης;[1]) Ταῦτά μου λέγοντος, νεανίσκος καὶ αὐτὸς παρεστώς· Ἐγὼ ταῦτα ἂν εἰδείην, ἔφη,[2]) τοσαύτας ὕβρεις ἐξ ἔρωτος παθών. Καὶ, Τί πέπονθας, εἶπον, ὦ ἀγαθέ;[3]) καὶ γὰρ ὁρῶ σου τὴν ὄψιν οὐ μακρὰν τῆς τελετῆς τοῦ θεοῦ. Σμῆνος ἀνεγείρεις, εἶπε, λόγων. τὰ γὰρ ἐμὰ, μύθοις ἔοικε. Μὴ κατοκνήσῃς, ὦ βέλτιστε, ἔφην, πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τοῦ Ἔρωτος αὐτοῦ, ταύτῃ μᾶλλον ὀνήσειν, εἰ καὶ μύθοις[4]) ἔοικε. Καὶ ταῦτα δὲ λέγων,[5]) δεξιοῦμαί τε αὐτὸν,[6]) καὶ ἐπί τινος ἄλσους ἄγω γείτονος, ἔνθα πλάτανοι μὲν ἐπεφύκεσαν πολλαὶ καὶ πυκναὶ, παρέῤῥει δὲ ὕδωρ ψυχρόν τε καὶ διαυγὲς, οἷον ἀπὸ χιόνος ἄρτι λυθείσης ἄρχεται.[7]) Καθίσας οὖν αὐτὸν[8]) ἐπί τινος θώκου χαμαιζήλου, καὶ αὐτὸς παρακαθισάμενος.

Ὥρα

1) Ἄρχει βρέφος οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης] *Longus Poemen.* L. II. Δύναται δὲ τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ ὁ Ζεύς. κρατεῖ μὲν στοιχείων· κρατεῖ δὲ ἄστρων· κρατεῖ δὲ τῶν ὁμοίων θεῶν. BODEN.

2) Ἐγὼ ταῦτα ἂν εἰδείην, ἔφη] Non libuit mutare, cum tamen Florentinus habeat: ἐδείκνυν. In aliis ἐδείκνυεν. Paullo poſt in ora Anglicani adſcriptum eſt τοσαύτας ὕβρεις ἐξ ἔρωτος ζῶν. Melius, quod in aliis, παθών. Vitioſe Anglicanus, ἐξέρωτος παθών. SALM.

3) Ὦ ἀγαθέ] Melius, vt magis Atticum, ὦ 'γαθέ. Atque ita in quibusdam. IDEM.

4) Εἰ καὶ μύθοις] Vix mihi temperare potui, quin mutarem: ἢ καὶ μύθοις. BODEN.

5) Καὶ ταῦτα δὲ λέγων] In aliis: καὶ ταῦτα δὴ λέγων. In Anglicano, vt in editione, ταῦτ' ἤδη λέγων, perperam. SALM.

6) Δεξιοῦμαί τε αὐτὸν[In Florentino: δεξιοῦμαι αὐτόν. ID. Forte legendum: δεξιοῦμαί τε αὐτόν. BODEN.

7) Οἷον

hentem accuratius intuens, ita mecum loquebar: En vt infantis iuſſa coelum, terra, mare faciunt? Tum adoleſcens, qui tum forte aderat, meaque verba intellexerat: Huius equidem, inquit, ego quoque rei teſtis eſſe poſſum, cui tot amoris cauſſa incommoda euenerunt. Tum ego, Cuius nam modi ſunt, inquam, o bone vir, quae perpeſſus fuiſti? tuus enim adſpectus huius dei myſteriis te non abhorrentem declarat. Tum ille: Ad permiſtam, inquit, confuſamque rerum ſeriem commemorandam me reuocas: fabulis enim ea omnia ſimilia ſunt. Tum ego: Ne per Iouem, perque Amorem ipſum, inquam, moleſtum tibi ſit, hac me ratione magis iuuare, tametſi fabuloſa videantur. Haec cum dixiſſem, manu prehenſum hominem vicinum quoddam in nemus perduxi: vbi permultae atque opacae platani ſuccreuerant, perſpicuaque ac tanquam nuper liquefacta niue, frigida aqua dimanabat. Illic cum humili quodam in loco ſedere homi-

 nem

7) Οἷον ἀπὸ χιόνος ἄρτι λυθείσης ἄρχεται] Hoc recepi pro vulgato, ἔρχεται. Quod et ipſum tamen ſe tueri poteſt. Atque ita etiam praefert Anglicanus. In Florentino et Regiis, ἄρχεται, pro quo tamen legi forſitan melius poſſet, vnica littera mutata; ἀρύεται. Limpida ac frigida aqua, ſicut a niue recens reſoluta, hauritur. Si legamus ἄρχεται, quae primulum incipit e niue liquefacta fluere, intelligemus.

SALMAS.

8) Καθίσας οὖν αὐτὸς] Ita operae ediderunt, cum antiqua editio habeat, καθίσας οὖν αὐτὸν. Si αὐτὸς hic legendum, ſcribi debet in ſequenti, καὶ αὐτὸν παρακαθισάμενος. Sic enim legit Exemplar Florentinum. Καθίσας αὐτός, cum ipſe aſſediſſet. Καὶ παρακαθισάμενος αὐτὸν; et cum illum iuuenem iuxta ſe collocaſſet. Scio, καθίζειν cum accuſandi caſu non ſedendi ſignificationem habere, ſed in ſede collocandi. Saepe tamen ſumitur abſolute pro ſedere, vt in

Ὥρα νῦν, ἔφην, 9) τῆς τῶν λόγων ἀκροάσεως. πάντως δὲ ὁ τοιοῦτος τόπος ἡδὺς, καὶ μύθων ἄξιος ὑπάρχει ἐρωτικῶν. 10)

ΚΕΦΑΛ. γ'.

Ο δὲ ἄρχεται λέγειν 1) ὧδε· Εμοὶ Φοινίκη γένος, Τύρος ἡ πατρὶς, ὄνομα Κλειτοφῶν, πατὴρ Ιππίας, *ἀδελφὸς πατρὸς Σώστρατος. οὐ πάντως δὲ ἀδελφοὶ, 2) ἀλλ' ὅσον ἀμφοῖν εἷς πατήρ· αἱ γὰρ μητέρες; τῷ μὲν, ἦν Βυζαντία, τῷ δὲ ἐμῷ πατρὶ, Τυρία. Ο μὲν οὖν τὸν πάντα χρόνον εἶχεν ἐν Βυζαντίῳ· πολὺς γὰρ ὁ τῆς μητρὸς κλῆρος ἦν αὐτῷ. ὁ δὲ ἐμὸς πατὴρ ἐν Τύρῳ κατῴκει. τὴν δὲ μητέρα οὐκ εἶδα τὴν ἐμήν· ἔτι νηπίῳ 3) γάρ μοι τέθνηκεν. ἐδέησεν οὖν τῷ πατρὶ γυναικὸς ἑτέρας, ἐξ ἧς ἀδελφή μοι Καλλιγόνη γίνεται. καὶ ἐδόκει μὲν τῷ πατρὶ συνάψαι μᾶλλον ἡμᾶς γάμῳ· 4) αἱ δὲ μοῖραι τῶν ἀνθρώπων

Multa de Crocodilo reperis in *Herodoto*, *Aristotele*, *Aeliano*, *Oppiano*, *Plinio*, *Solino*, aliis, quorum curas congessit *Bochartus* in *Hieroz.* T. II. L. V. c. 16, 17. qui prae caeteris versatur in explicando hoc Tatii capite. BODEN.

4) Μέγας γὰρ ἐκ κεφαλῆς εἰς οὐρὰν] Sic placuit reponi ex aliquot melioribus codicibus, cum Anglicanus et Editio legant, πέφυκε γὰρ ἐκ κεφαλῆς εἰς οὐρ. Quae tamen lectionis varietas mira, non proficisci potuit a librariis. Ex diuersa igitur venit, vt apparet, editione, quae ab auctore fuerit recurata. Vtrius

cum piscis, tum belluae terrestris magnae. longum enim inter caput et caudam spacium intercedit: sed longitudini latitudo proportione haudquaquam respondet. cutis eius squamis aspera est. dorsum petrae simile, ac nigrum: aluus candida: pedes ipsi quatuor in obliquum deflexi, quales testudinis terrestris. cauda longa, crassa, solidoque corpori similis. neque enim, vt in aliis animalibus habetur, est, sed osse vno, qui spinae finis, ac natium pars est, constat, asperis in superiore parte acuminibus, vt sunt serrae dentes, referta, et qua flagelli loco in capienda praeda vtatur: illa enim feras, quibus cum pugnat, percutit, multaque vno ictu vulnera imponit. Caput humeris adiunctum, et ad amussim directum est: natura quippe collum

trius Editionis, prioris, an posterioris, haec fuerit lectio, haud scio. Itali libri ac Regii habent vt edidimus, εἰς ἰχθὺν ὁμοῦ καὶ θηρίον μέγα. μέγας μὲν γὰρ ἐκ κεφαλῆς εἰς οὐράν. In Anglicano et Palatino, qui fere semper conueniunt, εἰς ἰχθὺν ἅμα καὶ θηρίον μέγα. πέφυκεν γὰρ ἐκ κεφαλῆς εἰς οὐράν. Sed quid est πέφυκεν ἐκ κεφαλῆς εἰς οὐράν; Puto mutandam huius scripturae esse distinctionem, et totum locum sic constituendum: παρήλλαξε καὶ γὰρ τὴν μορφὴν εἰς ἰχθὺν ὁμοῦ καὶ θηρίον. μέγας πέφυκε γὰρ ἐκ κεφαλῆς εἰς οὐράν, τὸ δὲ εὖρος τοῦ μεγέθους οὐ κατὰ λόγον. Dicit; crocodilum partim ex bellua, partim ex pisce compositam habere naturam. Hoc piscis enim habet, quod a capite ad caudam longissimus, sed non seruata proportione latitudinis. Et ita piscium solet esse forma, non belluarum terrestrium. Libenter etiam ex lectione, quam admisimus, delerem illud μέγα, ac legerem, παρήλλαξε καὶ τὴν μορφὴν εἰς ἰχθὺν ὁμοῦ καὶ θηρίον. μέγα μὲν γὰρ ἐκ κεφαλῆς εἰς οὐράν.

SALMASIVS.

5) Καθάπερ χηραία χελώνη] Ita libri. Melius tamen, καθάπερ χερσαία χελώνη. IDEM.

6) Ἐν ἑσχάτῳ σπονδύλῳ] In aliis, ὀστέον.

δὲ αὐτῷ τοῖς νώτοις συμφύεται,7) καὶ εἰς μίαν στάθμην ἰθύνεται·8) ἔκλεψε γὰρ αὐτοῦ τὴν δειρὴν ἡ φύσις. ἔστι δὲ τοῦ λοιποῦ βλοσυρωπότερος τῷ στόματι,9) καὶ ἐπιπλεῖον ἐπὶ τὰς γένυς ἐκτείνεται καὶ ἀνοίγεται πᾶσα. τὸν μὲν γὰρ ἄλλον χρόνον, παρ' ὅσον οὐκ ἔχηνε τὸ θηρίον, ἔστι κεφαλή· ὅταν δὲ χάνῃ πρὸς τὰς ἄγρας, ὅλος στόμα γίνεται. ἀνοίγει δὲ τὴν γένυν τὴν ἄνω, τὴν δὲ κάτω στερεὰν ἔχει, καὶ ἀπόστασίς ἐστι πολλή, καὶ μέχρι τῶν ὤμων τὸ * χάσμα, καὶ εὐθὺς ἡ γαστήρ. ὀδόντες δὲ πολλοί, καὶ

ὀρέων. Ita amat auctor. Nam et ἀνθέων dicit potius, quam ἀνθῶν, et χειλέων quam χειλῶν.

IDEM.

7) Τοῖς νώτοις συμφύεται] Editio Commelini habet, τοῖς νώτοις συνυφαίνεται. Atque ita etiam in Anglicano legitur. Quae lectio est non correctoris alicuius, sed auctoris ipsius, ex prima aut secunda Editione. Sed puto, primae eam potius esse, et correxisse in secunda, συμφύεται, pro συνυφαίνεται. Ars farciendarum vestium et consuendarum, ὑφαντικῆς species veteribus habita est, atque ita etiam vocata, vt dicebamus ad Historiam olim Augustam. Praecipue illa, quae oras duum pannorum ita iungit acu, vt non appareat sutura. Ita quippe συμφυῆς reddit duos pannos, vt non videantur esse inuicem consuti, sed vna textura continui. Hoc genere texturae consutam fuisse Dominicam tunicam, nos ostendimus, quae ὑφαντὸς δι' ὅλης et ἄρραφος dicitur Euangelistae. Nam ῥαφὴν eam partem in vestibus vocarunt veteres, in qua duae orae non commissae per suturam acu factam et iunctae inuicem essent, sed nodis vel fibulis religatae. Quae vero consutae acu essent, atque ita quasi contextae, ὑφαντὰς eas dicebant, et artem ὑφαντικήν. Vt hic συνυφαίνεσθαι idem quod συμφύεσθαι, id est, συμφυῶς connecti ac vniri. Quod praestat illa sutura scilicet, quam nos *retracturam* vocamus vulgo, quae filum, quo consutae et contextae sunt partes, sic occultat et intus retrahit, vt non cernatur, sed textura

collum eius occuluit. Reliquum corpus horribile eſt, praeſertim cum maxillae diducuntur, et os totum aperitur. quandiu enim bellua non hiat, caput illi eſt: in hiando vero ad praedam capiendam os totum fit: tumque ſuperiorem tantum genam mouet, inferiorem autem nequaquam. Porro hiatus ingens eſt, vtpote qui ad humeros vſque protenditur, eique ſtatim ſubiicitur venter. Dentes habet multos, longa ſerie pectinatim ſeſe ſtipanteis: quos quidem, cum ad numerum redigun-

textura pro ſutura videatur. Belgis *ſtoppen.* Hanc ſarciendarum vel conſuendarum veſtium artem, quae pannum panno ita connectit, vt contextus videatur, Iudaei vocabant איחוי אלכסנדרי, id eſt *Alexandrinam ſuturam.* De qua nos pluribus in Notis ad Nouum Teſtamentum. Cum igitur Tatius in prima Editione Crocodili κεφαλὴν τοῖς νώτοις συνφύεσθαι dixiſſet, id eſt, caput cum dorſo continuatum eſſe, et quaſi contextum et conſutum ab illo Alexandrinae ſuturae genere, quae texturam imitabatur, in ſecunda maluit ſcribere, συμφύεσθαι. IDEM.

8) Εἰς μίαν στάθμην ἰθύνεται] In aliis, εὐθύνεται. Et mox, pro τὴν δείρην ἄλλειψιν ἡ φύσις, vt repoſuimus. Editio cum Anglicano legunt, τὴν δέρην. Sane et δέρις et δέρη dicebatur, item δειρή, et δείρη. Heſychius, δέρις, τράχηλος. Sed et δέρη apud eum legitur, et δείρη pro eodem. Ergo δέρις in altera Editione Achillis ſcriptum fuit, in altera δείρη. IDEM.

9) βλοσυρωπότερος τὰ σώματα] Haec lectio Editionis Palatinae, quam ſollicitare noluimus, quamuis corrupta nobis videretur. Interpres legit, τὸ σῶμα. Saltem ita expreſſit in ſua verſione: *Reliquum corporis horribile eſt, praeſertim cum maxillae diducuntur.* In Anglicano ſcribitur, ἔστι δὲ τοῦ λοιποῦ βλοσυρωπότερος τὰ σώματα, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐπὶ τὰς γένυς ἐκτείνεται. Quae nec ipſa ſcriptura mihi arridet. Quid enim βλοσυρωπὸς

καὶ ἐπὶ πλεῖστον τεταγμένοι. Φασὶ δὲ ὅτι τὸν ἀριθμὸν τυγχάνουσιν, ὅσας ὁ θεὸς εἰς ὅλον ἔτος ἀναλάμπει τὰς ἡμέρας.[10] ἂν δὲ ἐκπεράσῃ πρὸς τὴν γῆν, ὅσον ἔχει δυνάμεως, αἰσθήσεις ἰδὼν τὴν τοῦ σώματος ἀλκήν.[11])



ΛΟΓΟΣ

τὸ τὰ σώματα? Si τὰ ὄμματα legeretur, aliquid effet. Nam βλοσυρωπὸς is dicitur, qui terribilem habet aspectum. Hesychius: βλοσυρῶπις, ἡ καταπληκτικοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσα. Correctum in Anglicano, notatis puncto duabus litteris, quasi delendis, βλοσυρώτερος. Sane βλοσυρὸς idem quod φοβερός. Nec tamen βλοσυρώτερος τὰ σώματα, nec τὸ σῶμα hic legerim. Et quae fequuntur, hanc lectionem refutant, ἐπὶ τὰς γένυς ἐκτείνεται πᾶσα. Ergo haec referenda ad κεφαλὴν, de qua praecessit, quam totam in maxillas extendi dicit. Non igitur ea κεφαλὴ βλοσυρὸς vel βλοσυρὰ τὰ σώματα. Melius conueniunt, τὰ χάσματα. Putarim tamen scribendum, τὰ χάσματα, vel τὸ χάσμα. Nihil autem verius hac lectione. Sic totus locus constituendus, ac legendus: κεφαλὴ δὲ αὐτῷ τοῖς νώτοις συμφύεται, καὶ εἰς μίαν σάρκωσιν ἰθύνεται· αὐχένα γὰρ αὐτοῦ τὴν δειρὴν ἡ φύσις, ἐπὶ δὲ τοῦ λοιποῦ βλοσυρωτέρα τὰ χάσματα, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐπὶ τὰς γένυς ἐκτείνεται καὶ ἀνοίγεται πᾶσα. *Caput ipsi cum dorso continuatur: nam ceruicem natura subtraxit: de caetero horrendis hiatibus, et plurima ex parte in maxillas patet, atque aperitur totum. Et reliquo quidem tempore, quamdiu bellua non hiat, sane caput est. Vbi vero hiare ad praedam parat, os est totum.* IDEM.

10) Ava-

tur, tot reperiri aiunt, quot dies integro anno Deus illuſtrat. Quantis autem viribus polleat, ſi corporis molem tumi, cum in terram egreditur, ſpectes, minime vtique credas.



LIBER

[10]) *Ἀναλάμπει τὰς ἡμέρας*] Poſt haec verba ſequebatur in Editione, *τοσούτων ἔργον ἱερῷ τῶν γινῶν πεδίον.* Quae correctori delere libuit, quia nimis corrupta videbantur, et quia apud interpretem, qui ob eandem cauſam illa non vertit, minime extarent. In ſcriptis Codicibus ſcribitur; *τοσοῦτον ἔργον ἱερῷ τῶν γενῶν πεδίον.* Vnica elitterae reſtitutione locum feceris ſanum, legendo, *τοσοῦτον ἔργον ἱερῶς τῶν γένων πεδίον.* Tot dentes in maxillis crocodilum habere dicit, quot ſunt dies in anno. Tantae nimirum molis et magnitudinis eſſe dicit, et tam ſpatioſum maxillarum campum, in quo tot dentes veluti conſiti ſunt. Satis *ὑπερβολικῶς*, *γενύων πεδίον* dixit. Non tamen magis, quam ſtatim, vbi vocat *στόματος αὐλὴν*, *oris aream.*

IDEM.

[11]) *Ἰδὼν τὴν τοῦ σώματος ὁλκὴν*] Corporis tractum ita vocat, et longitudinem, quae in nullo animali tanta eſt atque in crocodilo, qui, teſte Plinio, *magnitudine plerumque excedit duodeuiginti cubita.* Ita autem correxiſſe in ſecunda Editione videtur Achilles, cum in priore poſuiſſet, *ἰδὼν τὴν τοῦ στόματος αὐλήν.* Tanta nimirum eius oris vaſtitas et amplitudo, vt corti vel areae comparetur.

IDEM.

1) Στά-

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ

ΚΕΦΑΛ. α΄.

Τριῶν δὲ πλεύσαντες ἡμερῶν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἤλθομεν. Ἀνιόντι δέ μοι κατὰ τὰς ἡλίου καλουμένας πύλας, συνηντᾶτο εὐθὺς τῆς πόλεως ἀστράπτον τὸ κάλλος, καί μου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐγέμισεν ἡδονῆς. σάθμη μὲν [1]) κιόνων ὄρθιος ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν ἡλίου πυλῶν, ἐς τὰς σελήνης πύλας· οὗτοι γὰρ τῆς πόλεως οἱ πυλωροί.[2]) ἐν μέσῳ δὴ τῶν κιόνων, τῆς πόλεως τὸ πεδίον.[3]) ὁδὸς δὲ διὰ τοῦ πεδίου πολλὴ, καὶ ἔνδημος ἀποδημία. Ὀλίγους δὲ τῆς πόλεως ςαδίους προελθὼν, ἦλθον εἰς τὸν ἐπώνυμον Ἀλε-

[1]) Στάθμη μὲν] Edit. Commel. σάθμη δέ. BODEN.

[2]) Πυλωροί] Sunt *Polluci* Onom. L. XI. Sect. 35. qui portis adstant, *Hesychio*, qui portarum custodiae praefecti sunt, ianitores. Hic enim πυλωρὸς interpretatur τὰς πύλας φυλάσσοντας. Qui vero quum adstarent portis custodiendis, auctor per translationem πυλωροὺς adhibet de diis tutelaribus, quorum simulacra in portis vrbium collocata erant, a transeuntibus religiose salutanda. Nam deorum istorum manus osculari boni ominis caussa solebant, qui exirent vrbe, vel ingrederentur. *Lucret.* I, 317 seqq. His ipsae portae erant dedicatae, quoniam a conditoribus vrbes non habebantur iustae, in quibus tres portae non essent dedicatae et votiuae. Quod de Etruscis *Servius* in Excerptis ad I. Aeneid. refert, id non minus apud Aegyptios in vsu fuisse colligo. Hinc portae solis et lunae, propter quas, vel quarum in arcubus signa tutelarium deorum, Osiridis et Isidis videntur statuta fuisse, vt πυλω-

LIBER QVINTVS

CAPVT I.

Confecto tandem trium dierum spacio, Alexandriam naue delati sumus, mihique Solis, quas vocant, portas introeunti mira quaedam vrbis pulchritudo offertur, et voluptate oculos compleuit. a solis enim ad lunae vsque portas, in eorum autem deorum tutela portae ipsae sunt, recta columnarum series vtrinque protendebatur. quarum in medio forum situm erat, a quo viae multae ducebantur: adeo, vt ipse in vrbe perambulans populus, peregrinationem quodammodo suscepisse videretur. Illinc aliquot vrbis

πυλωροὶ vocari potuerint. Obiter noto, portarum sanctitatem negandam non esse cum *Grotio* in florum sparsione ad Ius Iustin. L. II. p. 34.

IDEM.

3) Πεδίον] Reddiderat interpres: *platea*, sed explicandum puto per *forum*. Sic etiam locus apud inferos, vbi Rhadamanthus eiusque collegae exercent iudicium, dicitur τὸ πεδίον ἀληθείας. Vide *Aeschinis* dial. de morte §. 19.

BERGER.

Qui nolint a natiuo vsu vocabuli recedere, exponant per *campum*, locumque planum et spatiosum intelligant, conuenientibus populi, exercitiis ciuium ludisue inseruientem, qualis Martius campus fuit Romae. Graeci Ἀρειον πεδίον dicunt modo, modo πεδίον κατ' ἐξοχὴν, vt Latini Campum. In quo quum iudicia publica habita fuisse constet, τὸ πεδίον ἀληθείας etiam ab eiusmodi planitie poterat denominari. Certe *Arrianus* de expedit. Alex. L. III. c. 1. ipsum Alexandrum, vbi aedificandum esset *forum*, praecepisse docens,

Ἀλεξάνδρου τόπον. 4) εἶδον δὲ ἐντεῦθεν ἄλλην πόλιν, καὶ σχιζόμενον ταύτῃ τὸ κάλλος. ὅσος γὰρ κιόνων ὄρχατος εἰς τὴν εὐθυωρίαν, 5) τοσοῦτος ἕτερος εἰς τὰ ἐγκάρσια. ἐγὼ δὲ μερίζων τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐς πάσας τὰς ἀγυιάς, θεατὴς ἀκόρεστος ἤμην, καὶ τὸ κάλλος ὅλως οὐκ ἐξήρκουν ἰδεῖν. 6) τὰ μὲν ἔβλεπον, τὰ δ' * ἔμελλον, τὰ δ' ἠπειγόμην ἰδεῖν, τὰ δὲ οὐκ ἤθελον παρελθεῖν. ἐκράτει τὴν θέαν τὰ ὁρώμενα, εἷλκε τὰ προσδοκώμενα. περιάγων οὖν ἐμαυτὸν εἰς πάσας τὰς ἀγυιάς, καὶ πρὸς τὴν ὄψιν δυσερωτιῶν, εἶπον καμών· Ὀφθαλμοί, νενικήμεθα. Εἶδον δὲ καὶ δύο 7) καινὰ καὶ παράλογα, μεγέθους πρὸς τὸ κάλλος ἅμιλλαν, καὶ

δήμου

cens, vbeat ἀγυιάν. Quae vero interpretem mouerint, vt πεδίον redderet *plateam*, sunt illa *Strabonis* L. XVII. p. 793. totam vrbem diuisam viis, per quas et equi et currus agi possint, scribentis, duabus autem latissimis, quae, vt in nonnullis libris est, amplius iugero fuissent expansae, ac medias sese ad rectos angulos secuissent. Quo factum esse puto, vt alterutram plateam propter amplitudinem πεδίον dici putauerit interpres Latinus. BODEN.

4) [illegible] Ἀλεξάνδρου τόπον] Locum intellige, vbi arx regia sita erat. Nam quintam, vel (vt alii legunt) quartam vrbis partem regiae fuisse dicatam, auctor est *Plinius* maior L. V. c. 10. BERGER.

Si recte se habet lectio Strabonis, ab omnibus tamen libris manu exaratis confirmata, l. c. partem regiarum, vbi Alexandri sepulchrum fuit, appellatam esse Σῶμα, quod curae interpretum emendare student, aliis Σῆμα, aliis σῆμα reponentibus, videtur auctor spectare sepulchrum regum, quod in honorem Alexandri, cuius τὸ σῶμα ibi conditum esset, nomen tulerit. Sciunt, qui sepulcra legentes, memoriam non perdiderint, τόπον, vt *Locum* apud Latinos, in lapidibus conditorium

vrbis stadia progressus, ad eum locum, cui ab Alexandro nomen est, perueni: aliamque ciuitatem vidi: cuius pulchritudo hoc pacto distincta erat, vt quam longus esset columnarum in rectum dispositarum ordo, tam longus alius in obliquum sese intuentibus offerret. In omnes itaque vias obtutus dispertiens, neque spectando satiari, neque pulchritudinem omnem assequi poteram. Quaedam enim ante oculos habebam, quaedam mox habiturus eram, nonnulla videre praeoptabam, alia etiam erant, quae praetermittenda minime censebam; ac licet, quae perspexeramus, oculos occupassent, tamen, quae videnda supererant, nos ad sese alliciebant: quam ob rem viis omnibus perlustratis, cum ad omnia contemplanda sufficere oculorum acies nequiret, fessus spectando excla-

maui:

rium vocari. Hoc autem a Ptolemaeo splendide extructum, cum magnitudine, tum structura, gloria et maiestate Alexandri dignum, fuisse probat *Diodorus Siculus* Bibl. L. XVIII. p. 643. De quo vidd. *Suidas* in Seuero Sophista, et *Casaubonus* ad Strabonem pag. 794. *Suetoniumque* vit. Octauii c. 18.

BODEN.

5) Εὐθυωρίαν] Adhibetur haec vox de recto processu rectaeue lineae porrectione. *Budaeus* Comment. L. G. p. 451. locum e *Platonis* Timaeo adfert, vbi κατὰ τὴν τῶν ὀμμάτων εὐθυωρίαν (ita lege pro εὐθυρίαν) exponit: *secundum directionem radiorum ocularium.* Notat idem εὐθυωρεῖν et κατ' εὐθεῖαν ἰέναι idem esse apud *Aristotelem*. Hoc nostro loco qui legunt, ἐς γῆν εὐθυωρίαν, haud meminere, ab auctore tunc scribi debere ἐς τὴν εὐθυωρὸν f. εὐθύωρον. Adiectiuum enim εὐθυώρειος vix reperitur, sed εὐθύωρος et εὐθυωρός. Ὄρχατος ab auctore pro serie columnarum ponitur, voce ab arborum vitiumque ordinibus desumta.

IDEM.

6) Ὅλως οὐκ ἐξήρκει ἰδεῖν] Alii: ὅλον οὐκ ἐξήρκει ἰδεῖν.

IDEM.

7) Καὶ δύο] Copula desideratur in cod. Bau. et ed. pr.

IDEM.

8) Δι-

δήμω 8) πρὸς πόλιν φιλονεικίαν, καὶ ἀμφότερα νικῶντα. ἡ μὲν γὰρ ἠπείρου μείζων 9) ἦν· ὁ δὲ πλείων ἔθνους. καὶ εἰ μὲν 10) εἰς τὴν πόλιν ἀπεῖδον, ἠπίστουν εἰ πληρώσειέν τις δῆμος αὐτὴν ἀνδρῶν. εἰ δὲ εἰς τὸν δῆμον ἐθεασάμην, ἐθαύμαζον εἰ χωρήσειέν τις αὐτὸν πόλις. τοιαύτη τις ἦν ἰσότητος τρυτάνη.

ΚΕΦΑΛ. β΄.

Ἦν δέ πως καὶ κατὰ δαίμονα ἱερομηνία 1) τοῦ μεγάλου θεοῦ, ὃν Δία μὲν Ἕλληνες, Σέραπιν 2) δὲ καλοῦσιν Αἰγύπτιοι· ἦν δὲ καὶ πυρὸς δᾳδουχία. καὶ τοῦτο μέγιστον ἐθεασάμην. ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν, καὶ ὁ ἥλιος κατέδυετο,

8) Δάμω] Cur Heidelbergensis editor praetulerit doricum δάμω, equidem non video, libris edentibus δήμω, quam dialectum iterum in sequentibus recipit. IDEM.

9) Ἠπείρου μείζων] Magnitudo huius vrbis tanta, vt, si quis veterum laudare magnam volebat vrbem, appellaret aut Ephesum, aut Alexandriam. Quod patet ex loco in *Senec.* epist. CII. *Primum* (Sermo est de humano animo) *humilem non accipit patriam: Ephesum aut Alexandriam, aut si quod est etiamnunc frequentius incolis, latius tectis solum.* BERGL.

Iosephus L. II. de B. I. c. 28 vrbis longitudinem facit XXX stadiorum, latitudinem X. *Curtius* L. IV. c. 8. ambitum LXXX stadiorum ab Alexandro, conditore, muris destinatum tradit. BODEN.

10) Καὶ εἰ μὲν] Commel. κάλλη μὲν κ. τ. λ. Idem lin. sequ. πληρώσειν, caeteris legentibus: πληρώσειεν. IDEM.

11) Τοιαύτη τις ἦν ἰσότητος τρυτάνη] Ita omnes libri. In editione

mani: oculi! victi sumus. Illud vero nouum atque incredibile mihi ante omnia visum est. Vrbis enim amplitudo cum pulchritudine, et magnitudo cum multitudine habitatorum ita certabat, vt neutra alteri cederet. Nam et illa continente maior, et haec innumerabilis erat. Porro intuenti mihi ciuitas amplior apparebat, quam vt habitatoribus compleri posset: populus autem tam numerosus videbatur, vt, aliquane vrbe contineri valeret, dubitare cogerer. Ita aequo haec inter se marte contendebant.

CAPVT II.

Forte autem eo tempore magni numinis, quem Δία Graeci, Serapin Aegyptii vocant, festi dies celebrabantur, flammaeque passim relucebant, idque non vulgari admiratione dignum animaduerti: vespera enim cum aduentasset, ac

tione Palatina reposuerant eius curatores, τοιαύτη τις ἦν. SALMASIVS.

Quod nego vehementer. Leui manu saepe tractauit codices *Salmasius* ὁ πάνυ. Illud ἦν haud repositum ex ingenio editorum, sed in codice Bauarico reperitur. Ipsa vero ἔννοια ab auctore libro VI. non minus eleganter vsurpatur de incerto animo: Τὴν ψυχὴν εἶχον ἐπὶ τρυτάνης ἐλπίδος καὶ φόβου, καὶ ἐφοβεῖτό μου τὸ ἐλπίζον, καὶ ἤλπιζε τὸ φοβούμενον. BODEN.

¹) Ἱερομηνία] Conuenit cum sacro νουμηνίας, nouilunii s. Kalendarum, initio in honorem solius Lunae, deinde omnium deorum, celebrato. *Scholiastes Homeri* ad Odyss. XX. v. 155. Τὴν νουμηνίαν πάντων τῶν θεῶν νομίζουσιν εἶναι, ταύτην γὰρ οἱ πρόγονοι τοῖς θεοῖς ἀνέθεσαν διὰ τὸ πρώτην αὐτὴν εἶναι τοῦ μηνός. Quae solemnitates quum ludis celebrarentur publicis, ἱερομηνία ad quosuis ludos festiuos saepe spectat, id quod ex Glossis probat *Kühnius* ad *Polluc.* L. I. Sect. 34. De his solemnibus vide *Meursium* in Graec. feriata V, pag. 210 seqq. IDEM.

²) Εἴρηκεν] Praeteriuit hic locus

δύετο, καὶ νὺξ ἦν ἐδαμοῦ· ἀλλὰ ἄλλος ἀνέτελλεν ἥλιος κατακερματίζων. τότε γὰρ εἶδον πόλιν ἐρίζουσαν 3) περὶ κάλλους οὐρανῷ. Ἐθεασάμην * δὲ καὶ τὸν μειλίχιον Δία, 4) καὶ τὸν Διὸς οὐράνιον νεώ. Προσευξάμενοι δὴ τῷ μεγάλῳ θεῷ, καὶ ἱκετεύσαντες στῆναι ἡμῖν ποτε τὰ δεινὰ, εἰς τὴν καταγωγὴν ἤλθομεν, ἣν ἔτυχεν ὁ Μενέλαος ἡμῖν μεμισθωμένος. οὐκ ἐώκει δὲ ἄρα ὁ θεὸς ἐπινεύειν 5) ταῖς ἡμετέραις εὐχαῖς, ἀλλ' ἔμενεν ἡμᾶς καὶ ἄλλο τῆς τύχης γυμνάσιον.

ΚΕΦΑΛ. γ'.

Ο γὰρ Χαιρέας πρὸ πολλῦ τῆς Λευκίππης ἐλάνθανεν ἐρῶν, καὶ διὰ τῦτο μεμήνυκε τὸ φάρμακον. ἅμα μὲν

locus plerosque Mythologorum, quorum alii Serapin pro numine peregrino habent cum *Tacito* Hist. L. IV. c. 83, 84. pro Plutone alii cum *Cupero* in Harpocr. p. 83, sequ. Noster pro Ioue habet, quod suo etiam tempore a quibusdam creditum esse Tacitus prodidit. Ecquis nescit, Plutonem ab ipsis Graecis saepius cum Ioue permutatum? IDEM.

3) Ἐρίζουσαν] Cuius argumenti plures locos, eosque simillimos, vide in Obseruationibus Carpzouianis ad Musaeum p. 114. sequ. IDEM.

4) Μειλίχιον Δία] Alexandriae templum et statuam habebat *Milichius Iupiter*, quemadmodum etiam Athenis. Vide *Plutarch.* de cohib. ira pag. 420. Tom. II. *Pausanias* Lib. I. cap. 37. et II. cap. 9. 20. *Xenophon* Cyrop. VII. pag. 45. *Suidas* v. Διάσια. Eruditam dissertationem apud nos scripsit *Gottlib. Milichius*, de Diis et Deabus veterum Milichiis. Ea appellatio Ioui, Marti, Baccho, Veneri, Latonae, Fortunae, Spei et Musis ex pristinis monumentis asserta: ille vero *Tatii* locus penitus omissus est. Nescit etiam *Milichius*, Alexandriae templum Ioui Milichio S. exti-

ac iam sol occidisset, nox tamen nondum erat, sed alius minutas quasdam in partes diuisus sol exoriebatur. Tunc vrbem illam cum coelo etiam pulchritudine contendere iudicaui. Milichium quinetiam Iouem, coelesteque illius templum vidi: cuius magnum numen cum venerati essemus, precatique, vt nostrorum tandem infortuniorum finis fieret, conductam a Menelao domum ingressi fuimus. sed precibus nostris Deus ille nequaquam annuisse visus est: aliud enim discrimen restabat, in quo fortuna nos adhuc exerceret.

CAPVT III.

Nam Chaerea Leucippen multo antea clam amabat, medicamentique indicium fecerat, simul vt se in fa-

 milia-

extitisse. Solum Atheniense fanum adduxit. Ex *Pinelli* schedis, tabulam, quae Messanae erat, *Gruterus* exhibuit, in qua mentio Iouis Milichii fit, p. CCX. Illustris hic *Tatii* locus est. Scilicet Clitophon *sacra faciebat et precabatur*, *vt suorum malorum finis fieret*. Addit autem: οὐκ ἐφάνη δὲ ἄρα ὁ θεὸς ἐπινεύειν ταῖς ἡμετέραις εὐχαῖς. Ἐφάνη idem, quod δοκεῖν et Latinorum *videri*. Verte: *precibus nostris deus non annuit. Propertius* II, 16, 47. *Non semper placidus — Iupiter*. Eumdem hunc Milichium *magnum Numen* bis vocat. Et ab Aegyptiis Σέραπιν dici, Achilles addit. Obseruat etiam, ἀρδυχίας eum cultum esse. Vide *Harduinum* de num. vrbium pag. 495. Quas λύχνων ἀνακαύσεις a Iudaeis descendere *Iosephus* auctor est Lib. II. contra *Apion*. p. 494. ed. *Hauercamp*. Tom. II. Ad hunc Iouem Milichium respicere *Eustathium*, sub ipso fabulae suae initio, quam Diasia describit, recte *Gilb. Gaulminus* in not. obseruat. quo simul loco *Apollonium* Acharnensem, apud *Scholiastem Aristoph.* corrigit, qui Diasia a festo Iouis μειλιχίῳ distinxerat. Aram θεῶν Μειλιχίων in genere

μὲν ἀφορμὴν οἰκειότητος αὐτῷ θηρώμενος·¹) ἅμα δὲ καὶ αὐτῷ σώζων τὴν κόρην. εἰδὼς ὖν ἀμηχανίαν τῶ τυχεῖν,²) συντίθησιν ἐπιβυλήν. λῃςῶν ὁμοτέχνων συγκροτήσας. ἅτε θαλάσσιος ὢν ἄνθρωπος, καὶ, συνθέμενος αὐτοῖς, ἃ δεῖ ποιεῖν, ἐπὶ ξενίαν³) ἡμᾶς εἰς τὴν Φάρον⁴) καλεῖ, σκηψάμενος γενεθλίων ἄγειν ἡμέραν.⁵) ὡς ὖν προήλθομεν τῶν θυρῶν, οἰωνὸς ἡμῖν γίνεται πονηρὸς, χελιδόνα κίρκος διώκων, τὴν Λευκίππην εἰς τὴν κεφαλὴν πατάσσει τῷ πτερῷ.⁶) Ταραχθεὶς ὖν ἐπὶ τύτῳ, καὶ ἀνανεύσας εἰς ὐρανόν· Ω ζεῦ, τί τῦτο, ἔφην, φαίνεις ἡμῖν τέρας; ἀλλ' εἰ τῷ ὄντι σὸς⁷) ὄρνις ὖτος, ἄλλον ἡμῖν σαφέςερον δεῖξον⁸) οἰωνόν. *Μεταςραφεὶς ὖν, ἔτυχον γὰρ παρεςὼς⁹) ἐργαςηρίῳ ζωγράφυ, γραφὴν ὁρῶ κειμένην, ἥτις ὑπῃνίττετο προσόμοιον. Πρόκνης γὰρ εἶχε φθορὰν, καὶ τὴν βίαν Τηρέως,

genere vide apud *Pausaniam* Lib. X. p. 686.

CARPZOVIUS.

⁵) Ἐπινέειν] Ita corrigenda editio prima, quae habet ἐπινεῖν.

BODEN.

¹) Αὐτῷ θηρώμενος] Lege ex libris: ἅμα μὲν ἀφορμὴν οἰκειότητος ἑαυτῷ θηρώμενος, ἅμα δὲ καὶ ἑαυτῷ σώζων τὴν κόρην.

SALMASIUS.

²) Εἰδὼς ὖν ἀμηχανίαν τῶ τυχεῖν] Sic reposuimus, quum esset in prius editis: εἰδὼς ὐ μηχανὴν τῶ τυχεῖν. Nec tamen improbius est, quod in aliis libris legi, εἰδὼς ὖν ἀμήχανον τὸ τυχεῖν.

IDEM.

³) Ἐπὶ ξενίαν] Editio Heidelb. cum cod. Bau. ἐπὶ ξενίας.

BODEN.

⁴) Φάρον] Pharos Alexandriae nunc ponte coniungitur. *Mela* L. II. c. 7. cum quo *Plinius* etiam conspirat, L. V. c. 31. Noster vero de ponte nihil habet. Mox enim dicit, in naui ad insulam Pharum ex vrbe profectum esse Chaeream cum suis hospitibus.

BERGER.

⁵) Γενεθλίων ἄγειν ἡμέραν] Ita libri meliores. Palatinus et Angli-

militaritatem nostram ea occasione arrepta insinuaret, simul vt puellam sibi ipsi seruaret. Qua cum potiri difficile admodum esse intelligeret, ad parandas insidias animum adiecit. itaque praedonibus aliquot sui similibus collectis, rerum enim maritimarum non imperitus fuerat, quid ab iis fieri velit, docet: mox natalem diem suum agere simulans, nos ad Pharum visendam inuitat. Igitur domo egressis nobis sinistrum in via omen euenit. hirundinem insequens accipiter, Leucippes caput ala percussit. Quare perturbatus, coelumque suspiciens: Quid hoc, inquam, portenti est, Iupiter, quid nobis commonstras? Quin potius, si auis haec vere tua est, aliud nobis manifestius augurium ostendis? Meque conuertens, vt forte prope pictoris officinam constiteram, collocatam animaduerti

Anglicanus γενεθλίαν ἄγειν ἡμέραν. SALMASIVS.

6) Εἰς τὴν κεφαλὴν πατάσσει τῷ πτερῷ] Alio ordine Editio et Anglicanus codex, πατάσσει τῷ πτερῷ εἰς τὴν κεφαλήν. Mox libri habent caeteri praeter Anglicanum: τί τοῦτο, ἔφην, ἡμῖν φαίνεις τέρας. IDEM.

7) Τῷ ὄντι σὸς] Commel. desiderat ὄντι σός. BODEN.

8) Δεῦξον] Malum omen veteres deprecari et abominari idque vt in melius vertatur, precari solebant. Hinc OVID. Heroid. XIII, 49.

Dî, precor, a nobis omen removete sinistrum.

De Caesare vero narrat *Suetonius* Iul. c. 59. *Prolapsus in egressu nauis, verso ad melius omine, teneo te, inquit, Africa.* Anchises apud *Virgil.* Aen. III, 263.

Dî, prohibete minas, dî, talem auertite casum.

Nonnumquam dicere solebant: *Dî meliora!* vel *Melius ominare.* IDEM.

9) Ετυχον γὰρ παρεστῶτες] Ita et Editio prior, nisi quod habeat, ἔτυχεν γάρ. Melius legatur: ἔτυχον γὰρ, παρεστὼς ἐργαστηρίῳ

ως, καὶ τῆς γλώττης τὴν τομήν. ἦν δὲ ὁλόκληρον τὸ διήγημα[10]) τοῦ δράματος, ὁ πέπλος, ὁ Τηρεύς, ἡ τράπεζα, τὸν πέπλον ἡπλωμένον εἱστήκει κρατοῦσα θεράπαινα. Φιλομήλα παρεστήκει, καὶ ἐπετίθει τῷ πέπλῳ τὸν δάκτυλον, καὶ ἐδείκνυεν τῶν ὑφασμάτων τὰς γραφάς. ἡ Πρόκνη πρὸς τὴν δεῖξιν ἐνενεύκει, καὶ δριμὺ ἔβλεπε, καὶ ὠργίζετο τῇ γραφῇ. Θρᾲξ ὁ Τηρεὺς ἐνύφαντο[11]) Φιλομήλᾳ παλαίων πάλην Ἀφροδισίαν. ἐσπάρακτο τὰς κόμας ἡ γυνή, τὸ ζῶσμα ἐλέλυτο, τὸν χιτῶνα κατέρρηκτο,[12]) ἡμίγυμνος τὸ στέρνον ἦν, τὴν δεξιὰν ἐπὶ ὀφθαλμοὺς ἤρειδεν τοῦ Τηρέως,[13]) τῇ λαιᾷ τὰ διερρωγότα τοῦ χιτῶνος ἐπὶ τοὺς μαζοὺς ἔκλειε. ἀγκάλαις εἶχε τὴν Φιλομήλαν ὁ Τηρεύς, ἕλκων πρὸς ἑαυτὸν ὡς ἐνῆν τὸ σῶμα, καὶ σφίγγων ἐν χρῷ τὴν συμπλοκήν. Ὧδε μὲν τὴν τοῦ πέπλου γραφὴν ὕφηνεν ὁ ζωγράφος. τὸ δὲ λοιπὸν τῆς εἰκόνος, αἱ γυναῖκες ἐν κανῷ τὰ λείψανα τοῦ δείπνου τῷ Τηρεῖ[14]) δεικνύουσιν, κεφαλὴν τοῦ παιδὸς[15]) καὶ χεῖρας· γελῶσι δ' ἅμα καὶ φοβοῦνται. ἀναπηδῶν[16]) ἐκ τῆς κλίνης ὁ Τηρεὺς ἐγέγραπτο· καὶ ἕλκων[17]) τὸ ξίφος ἐπὶ τὰς γυναῖκας, τὸ σκέλος ἤρειδεν * ἐπὶ τὴν τράπεζαν.

ρίῳ ζωγράφου. *Vt forte constiteram prope perguiam pictoris.* SALMASIVS.

10) Ὁλόκληρον τὸ διήγημα] In aliis ὁλόκληρον τῇ γραφῇ τὸ διήγημα. BODEN.

11) Ἐνύφαντο] Potest etiam esse ἐνυφαντός. BERGER.

Editio prima: ἐνύφανται. A verbis Θρᾲξ ὁ Τηρεὺς vsque ad συμπλοκὴν describitur pictura in peplo acu facta. Dicit *Apollodorus* L. III. p. 198. litteras in peplo fuisse contextas. BOD.

12) Ἐσπάρακτο] Quae sequuntur: τὰς κόμας ἡ γυνὴ τὸ ζῶσμα ἐλέλυτο, τὸν χιτῶνα κατέρρηκτο, desiderantur in editione Heidelbergensi, extant tamen in omnibus libris manu exaratis. IDEM.

13) Τὴν

uerti tabellam, quae Prognes infortunium, Terei violentiam, linguae abſciſſionem, integram denique fabulae totius explicationem continebat. In ea enim peplum, Tereus, menſa, ſerua explicatum peplum tenens, et Philomela, quae in eo picta erant, digito indicans, cernebantur. Progne ad indicium annuebat, torueque intuebatur, ac picturae propemodum iraſcebatur. Tereus, genere Thrax, intextus erat, cum Philomela luctam veneream luctans, quae, capillis euulſis, cingulo ſoluto, veſte diſciſſa, ſeminudum pectus oſtendebat: dextraque Tereo inuolabat in oculos, ſiniſtra vero lacerae veſtis parte mammas obtegere nitebatur. Mulierem Tereus totis ad ſe viribus trahebat, arcteque complexabatur. Atque ita quidem pepli diſpoſita erat pictura. In reliqua tabellae parte mulieres in lance Tereo coenae reliquias, pueri ſcilicet caput atque manus offerebant, ridentes identidem, et trementes. Ille autem ſtricto in eas gladio inſurgens, menſam brachio protrudere videbatur: quae nec

13) Τὴν δεξιὰν ἐπὶ ὀφθαλμοὺς ὤρεγεν τοῦ Τηρέως] Ἐπὶ abeſt ab edit. pr. In quibusdam libris additur articulus ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς. Interpres reddiderat: *dextraque oculis admota, Tereum vehementer incuſabat.* Monuit *Abreſchius* in Lectionibus Ariſtaeneteis p. 309. interpretem ſaltem dediſſe: *incurſabat.* Senſus videtur eſſe: *dextra Tereo inuolabat in oculos.* IDEM.

14) Τῷ Τηρεῖ] Cod. Bau. et ed. pr. articulum non agnoſcunt. IDEM.

15) Κεφαλὴν τοῦ παιδὸς] In aliis τοῦ παιδίου. SALMASIUS.

16) Ἀναπηδῶν] Ed. Commel. ἀναστάς. BODEN.

17) Εἷλκεν] Eadem εἷλκε. IDEM.

18) Τὸ

ζαν. 18) ἡ δὲ οὔτε ἕστηκεν, οὔτε πέπτωκεν· ἀλλ' ἐδείκνυε γραφὴν μέλλοντος πτώματος. 19)

ΚΕΦΑΛ. δ'.

Λέγει οὖν ὁ Μενέλαος· Ἐμοὶ δοκεῖ τὴν εἰς Φάρον ὁδὸν ἐπισχεῖν. ὁρᾷς γὰρ οὐκ ἀγαθὰ δύο σύμβολα, 1) τό, τε τοῦ ὄρνιθος καθ' ἡμῶν πτερὸν, καὶ τῆς εἰκόνος τὴν ἀπειλήν· λέγουσι δὲ οἱ τῶν συμβόλων ἐξηγηταὶ 2) σκοπεῖν τοὺς μύθους τῶν εἰκόνων, ἂν ἐξιοῦσιν ἐπὶ πρᾶξιν ἡμῖν συντύχωσιν, 3) καὶ ἐξομοιοῦν τὸ ἀποβησόμενον τῷ τῆς ἱστορίας λόγῳ. ὁρᾷς οὖν, πόσων γέμει κακῶν ἡ γραφή; ἔρωτος παρανόμου, μοιχείας ἀναισχύντου, γυναικείων ἀτυχημάτων, ὅθεν ἐπισχεῖν κελεύω τὴν ἔξοδον.

ἐδόκει

18) Τὸ σκέλος ὤρεξεν ἐπὶ τὴν τράπεζαν] Interpres reddiderat: *mensam brachio protrudere videbatur.* Sed idem *Abreschius* l. l. mauult *procellere mensam*, quod *Brouckhusius* explicat ad *Propertium* III, 8, 3. *Libanius* Orat. VIII. p. 225. Τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν πρὸς Γεώργιον ὤρεξε. Idem de Tereo *Ouidius* Met. VI, 661.

Thracius ingenti mensas clamore repellit.

IDEM.

19) Μέλλοντος πτώματος] In Anglicano, μέλλοντος σώματος. Perperam. SALMASIUS.

Eodem modo in codice Bauar. sed ibi correctum in margine πτώ. MODEN.

1) Ἀγαθὰ δύο σύμβολα] Cod. Bau. c. ed. pr. ἀγαθὰ ἰδὲ σύμβολα. Sed Interpres etiam legit δύο. IDEM.

2) Λέγουσι δὲ οἱ τῶν συμβόλων ἐξηγηταί] Versio: *monent autem prodigiorum interpretes.* Bene et ad sensum magis. De verbo sic foret: *dicunt autem symbolorum exegetas.* Nam erat omnino prodigium, τὸ πτερὸν ὄρνιθος καὶ τῆς εἰκόνος ἀπειλή, dicitque Menelaus, ὁρᾷς οὐκ ἀγαθὰ δύο σύμβολα. *Vates* et *augures* interpretor. Σύμβολον rei futurae quodcunque signum est,

nec stabat, nec cadebat: cadentis tamen formam referebat.

CAPVT IV.

Tum Menelaus: Mihi quidem, inquit, a profectione in Pharum abstinendum videtur. Duo enim aduersa nobis portenta, volatum accipitris, et picturae minas, cernis. Monent autem prodigiorum interpretes, vt animum attendamus ad fabulas et argumenta imaginum, si quae nobis ad negotium aliquod proficiscentibus occurrant reique nostrae euentum ex propositae fabulae argumento metiamur. Nonne obscoeni amoris, impudentis adulterii, muliebrium infortuniorum, malorum denique omnium plenam hanc picturam

Cc 5

est, neque solum de auibus, fulgure et tonitru, sed et aliis id generis διοσημείοις dicitur. Vide *Spanhem.* ad *Callim.* p. 625. Quam qui potestatem bene ac vim perspicit, ὁ ἐξηγητὴς τοῦ συμβόλου dicitur. Ἐξηγηταὶ proprie sacrorum ac religionis interpretes sunt. *Hesychius:* ἐξηγητὴς, ὁ περὶ ἱερείων καὶ διοσημείων ἐξηγούμενος. Et *Suidas* ita dictos notat, qui leges, aut iura, aut alia etiam quaeuis ignaris exponunt. Pertinet igitur ad eam artem, σκοπεῖν τοὺς μύθους τῶν εἰκόνων. Si quid ex oblata tabulae pictura similitudinem cum eo habere possit, quod suscipimus. Mali ominis erant picturae adulteria, ac differendum iter in alium diem Clitophonti ac Leucippae suadebant. Apud *Xenophont* Ephes. eleganter dicitur: ἐξηγηταὶ τῆς ὁδοῦ Lib. IV. p. 56. Et eod. lib. p. 61. ὅτι ὁ ἐξηγησάμενος τὴν πορείαν. *Suidas* putidiuscule inter ἐξηγεῖσθαι et διηγεῖσθαι distinguit. CARPZOVIVS.

3) Αἳ ἐξιοῦσιν ἐπὶ πρᾶξιν ἡμῖν συντύχωσιν] Αἳ ἐξιοῦσιν ἡμῖν ἐπὶ πρᾶξιν συντύχωσιν.

SALMASIVS.

Eodem, quo edita sunt, ordine se consequuntur in cod. Bau. et ed. prima, quae in sequen-

ἔδοκει μοι λέγειν εἰκότα, καὶ παραιτοῦμαι[4]) τὸν Χαιρέαν ἐκείνην τὴν ἡμέραν. ὁ μὲν οὖν σφόδρα ἀνιώμενος ἀπηλλάττετο, φήσας αὔριον ἐς ἡμᾶς ἀφίξεσθαι.[5])

ΚΕΦΑΛ. ε'.

Η δὲ Λευκίππη λέγει πρός με· Φιλόμυθον γάρ πως τὸ τῶν γυναικῶν γένος· Τί βούλεται τῆς εἰκόνος ὁ μῦθος; καὶ τίνες αἱ ὄρνιθες αὗται;[1]) καὶ τίνες αἱ γυναῖκες, καὶ τίς ὁ ἀναιδὴς ἐκεῖνος ἀνήρ; Κἀγὼ καταλέγειν ἄρχομαι·[2]) ἀηδὼν, καὶ χελιδὼν, καὶ ἔποψ,[3]) πάντες ἄνθρωποι, καὶ πάντες ὄρνιθες. Εποψ ὁ ἀνὴρ, αἱ δύο γυναῖκες, Φιλομήλα χελιδὼν, καὶ Πρόκνη ἀηδών.[4]) πόλις * αὐταῖς Αθῆναι. Τηρεὺς ὁ ἀνὴρ, Πρόκνη Τηρέως γυνή. βαρβάροις δὲ, ὡς ἔοικεν, οὐχ ἱκανὴ πρὸς Αφροδίτην μία γυνὴ, μάλισθ' ὅταν αὐτῷ καιρὸς δίδωσι[5]) πρὸς ὕβριν τρυφᾷν. καιρὸς οὖν γίνεται τῷ Θρακὶ τούτῳ

quentibus etiam recedit: καὶ ἐξομοιοῦντο ἀποβαινόμενοι. BODEN.

4) Παραιτοῦμαι] Quod vocabulum optime respondet nostro *Verbeten*,, vt interpres Germanicus etiam obseruauit. BERGER.

5) Ες ἡμᾶς ἀφίξεσθαι] Anglicanus cum editione, ἐφ' ἡμᾶς SALMASIVS

Ita et Bauaricus. Editio vero: ἀφίεται. BODEN.

1) Αἱ ὄρνιθες αὗται] Nunc demum intelligimus mutationem hominum in aues a pictore quoque in tabula expressam fuisse, quod, cum singulas picturae partes ante oculos nobis poneret auctor, minime erat omittendum. BERGER.

Vt Leucippe, apud *Longum* Chloe Pastor. L. I sub finem φιλόμυθος describitur: Τῆς χλόης ζητούσης μαθεῖν, ὅ, τι λέγει, διδάσκει αὐτὴν ὁ Δάφνις μυθολογῶν τὰ θρυλλούμενα. BODEN.

2) Καταλέγειν ἄρχομαι] Copiose

ram vides? Ego quidem certe profectionem iſtam in aliud tempus diſtulerim. Sane oratio haec Menelai mihi non abſurda viſa eſt. Chaeream itaque valere iuſſi: qui triſtis admodum receſſit: Cras ad me, inquiens, proficiſci vos volo.

CAPVT V.

Tunc ad me conuerſa Leucippe, fabellarum enim cupidae mulieres ſunt: Quin tu, inquit, mihi narras, quid ſibi pictura haec, auesque iſtae, et mulieres, cum viro illo impudenti, velint? Tum ego: Quos nunc, inquam, aues eſſe cernis, homines quondam fuere: ac mulieres quidem, Prognen ſcilicet ac Philomelam, illarum enim nomina haec ſunt, ſorores Athenis ortas fuiſſe, hancque in hirundinem, illam in luſciniam mutatas: virum autem, cui Tereo nomen fuit, genere Thracem, Prognesque maritum in vpupam conuerſum, tradunt. Barbarorum autem libidini, vt conſentaneum eſt, mulier vna ſatis non eſt, praeſertim cum per con-

tume-

pioſe tractat hanc fabulam *Apollodorus* Bibl. L. III. *Ouidius* Metam. L. VI. fab. 8. alii. Vide prae caeteris *Pauſaniam* de origine huius fabulae L. I. c. 41. IDEM.

3) Ἀηδὼν καὶ ἔποψ καὶ χελιδὼν] In aliis: ἀηδὼν καὶ χελιδὼν καὶ ἔποψ. SALMASIVS.

4) Πρόκνη ἀηδὼν] Permutantur perſonae a poetis et mythographis. Propius vero naturam rei attingunt, qui cum Euſtathio et Tzeze Prognen in luſciniam, Philomelam in hirundinem conuerſam fuiſſe ſtatuant. Nam hirundinis cantus minus flexibilis magis arguit linguam Philomelae praeciſam, luſciniae vero modulatio ἴτυ, ἴτυ, filium deplorare videtur, ſicut vpupa videtur pronunciare verba πῦ, πῦ ἄρα εἰσὶν; quaſi Prognen cum ſorore velit exquirere. BODEN.

5) Ὅταν αὐτῷ καιρὸς δίδωσι] In aliis: αὐτῷ καιρὸς διδῷ. SALMASIVS.

6) Ἀνα-

τῷ χρήσασθαι τῇ Φύσει, Πρόκνης ἡ Φιλοστοργία. πέμπει γὰρ ἐπὶ τὴν ἀδελφὴν τὸν ἄνδρα τὸν Τηρέα. ὁ δὲ ἀπήει μὲν ἔτι Πρόκνης ἀνήρ· ἀναστρέφει δὲ Φιλομήλας[6]) ἐραστὴς, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἄλλην αὐτῷ ποιεῖται τὴν Φιλομήλαν Πρόκνην. τὴν γλῶτταν τῆς Φιλομήλας φοβεῖται, καὶ ἕδνα τῶν γάμων αὐτῇ δίδωσι μηκέτι λαλεῖν, καὶ κείρει τῆς Φωνῆς τὸ ἄνθος.[7]) ἀλλὰ πλέον ὤνησεν οὐδέν. ἡ γὰρ Φιλομήλας τέχνη σιωπῶσαν εὕρηκε Φωνήν.[8]) ὑφαίνει γὰρ πέπλον ἄγγελον,[9]) καὶ τὸ δρᾶμα πλέκει ταῖς κρόκαις, καὶ μιμεῖται τὴν γλῶτταν ἡ χεὶρ, καὶ Πρόκνης[10]) τοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ τῶν ὤτων μηνύει,

6) Ἀναστρέφει δὲ Φιλομήλας] Verba, quae sequuntur, ἐραστὴς, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἄλλην αὐτῷ ποιεῖται τὴν Φιλομήλαν, in editione Heidelbergensi non reperiuntur. Quam editionem quum sequeretur Interpres Germanus, factum est, vt, mutilato loco medicinam adlaturus, sequens Πρόκνην, quod sensum pariebat nullum, iubente orationis serie, mutaret in ἀνήρ. Sed praeter codices interpres etiam Latinus habet, vt edidimus. BODEN.

7) Κείρει τῆς Φωνῆς τὸ ἄνθος] Vsus vocabuli huius audacissimus est. Dicitur alias quidem Χρυσῆς ἄνθος, πυρὸς ἄνθος, at locos, in quibus lingua vocetur Φωνῆς ἄνθος, aut nullos, aut certe rarissimos, etiam graece eruditissimus deprehenderit. Multa de vocabuli huius vsu et metaphora habent *Klotzius* ad Tyrtaeum p. 68. et *Salmasius* in Exercitatt. Plin. pag. 759. seqq. BERGER.

Equidem cogitabam de emendando hoc loco, repositurus θάρσος pro ἄνθος, quod alii dicunt, Philomelam mira audacia obloquutam restitisse adultero, eaque de caussa a Tereo linguam praetruncatam, vt neque eius minas audiret amplius, neque proditio esset facinoris metuenda. Sed libri constanter retinent τὸ ἄνθος. Videtur igitur auctor exprimere voluisse, non

tumeliam explendae cupiditatis oblata sit occasio. Prognes igitur erga sororem pietas homini barbaro opportunitatem attulit, qua naturam suam secutus, in omni intemperantia sese effunderet. Haec enim virum ad visendam sororem misit: qui, cum Prognes maritus abiisset, Philomelae amator est reuersus, eamque sibi inter redeundum alteram Prognen fecit. Quod cum resciri nollet, hanc violati pudoris mercedem persoluit. linguam enim puellae amputauit. quanquam nihilo plus effecit. mutum enim indicem Philomela excogitauit, remque omnem, sicuti gesta fuerat, in peplo filis intexuit: manuque linguam imitante, quae passa esset, quando auribus immittere non poterat, ob oculos Prognes ope radii

non nisi cuspide seu extremo linguae pellicem esse mutilatam. Ἄνθος enim, quod ab ἄνω θεῖν descendit, denotat omne, quidquid in summo elucescit, atque emicat, omne extremum. Audi vero *Ouidium* Met. VI, 555 seqq. facinus describentem ita, vt summa linguae pars modo videatur praecisa:

Ille indignanti et nomen patris vsque vocanti
Luctantique loqui compressam forcipe linguam
Abstulit ense fero. radix micat vltima linguae.
Ipsa iacet, terraeque tremens immurmurat atrae.
Vtque salire solet mutilatae cauda colubrae,
Palpitat et moriens dominae vestigia quaerit.

BODEN.

8) Σιωπῶσαν εὕρηκε φωνὴν] Imitatus fuisse videtur Simonidem, qui dixit, ζωγραφίαν εἶναι ποίησιν σιωπῶσαν καὶ σιγῶσαν, ποίησιν δὲ ζωγραφίαν λαλοῦσαν καὶ φθεγγομένην. *Victor*. c. 24. l. 22.

BERGER.

Similiter *Aristaenetus* L. I. ep. 26. Ἀντὶ χρωμάτων καὶ γλώττης χειρὶ πολυσχήμῳ καὶ ποικίλοις ἤθεσι κεχρημένη.

BODEN

9) Ὑφαίνει γὰρ πέπλον ἄγγελον] Sic correximus ex libris, quum in editis male esset, ὑφαίνει γὰρ πέπλον ἄλλον. Sic tamen etiam habet Anglicanus liber.

SALMASIVS.

10) Πρό-

νύει, καὶ πρὸς αὐτὴν, ἃ πέπονθε, τῇ κερκίδι λαλεῖ. ἡ Πρόκνη τὴν βίαν ἀκούει παρὰ τοῦ πέπλου, καὶ ἀμύνασθαι καθ' ὑπερβολὴν ζητεῖ τὸν ἄνδρα. ὀργαὶ δὲ δύο, καὶ δύο γυναῖκες [11]) εἰς ἓν πνέουσαι, καὶ ὕβρει κεράσασαι τὴν ζηλοτυπίαν * δεῖπνον ἐπινοοῦσι τῶν γάμων ἀτυχέστερον. τὸ δὲ δεῖπνον ἦν ὁ παῖς Τηρέως, οὗ μήτηρ μὲν ἦν πρὸ τῆς ὀργῆς ἡ Πρόκνη. τότε δὲ [12]) τῶν ὠδίνων ἐπελέληστο· οὕτως αἱ τῆς ζηλοτυπίας [13]) ὠδῖνες νικῶσι καὶ τὴν γαστέρα. μόνον γὰρ ὁρῶσαι γυναῖκες, ἀνιάσαι τὸν τὴν εὐνὴν λελυπηκότα, κἂν πάσχωσιν, [14]) ἐν οἷς ποιοῦσιν, οὐχ ἧττον κακὸν [15]) τὴν τοῦ πάσχειν [16]) λογίζονται συμφορὰν τῇ τοῦ ποιεῖν ἡδονῇ. ἐδείπνησεν ὁ Τηρεὺς δεῖπνον Ἐριννύων.[17]) αἱ δὲ ἐν κανῷ τὰ λείψανα τοῦ παιδίου παρέφερον, γελῶσαι φόβῳ.[18]) ὁ Τηρεὺς ὁρᾷ τὰ λείψανα τοῦ παιδίου [19]) καὶ πενθεῖ τὴν τροφὴν, καὶ ἐγνώρισε ὢν τοῦ δείπνου πατήρ· γνωρίσας, μαίνεται, καὶ σπᾶται τὸ ξίφος, [20]) καὶ ἐπὶ

τὰς

10) Πρόκνης] Editio prima cum cod. Bau. Πρόκνη. Emenda Πρόκνη, nisi editum praetuleris. BODEN.

11) Ὀργαὶ δὲ δύο καὶ δύο γυναῖκες] Editio prima: ὀργαὶ δὲ δύο γυναῖκες. Nisi vitio typographi omissa sunt δύο καὶ, legerim: ὀργαὶ δὲ δύο γυναῖκες εἰς ἓν πνέουσαι κ. τ. λ. IDEM.

12) Τότε δὲ] Cod. Bau. c. ed. pr. τὸ δὲ. IDEM.

13) Ζηλοτυπίας] *Seneca* in Herc. Oetaeo:

O quam cruentus feminas stimulat dolor
Cum patuit una pellici et nuptae domus!
Scylla et Charybdis sicula contorquens freta
Minus est timenda, nulla non melior fera est.

Et *Ouidius* A. A. L. II. 381.

Coniugis admissum, violataque iura maritae
Barbara per natos Phasias vlta suos.
Altera dira parens (haec est, quam cernis, hirundo)
Ad-

radii textorii potuit. Progne vim forori illatam ex pepli pictura cognouit: poenamque opinione omni maiorem de viro fumere aggreffa eft. Cumque ira duplici mulieres duae arderent, confpiratione facta, obtrectationeque contumeliae coniuncta, coenam Philomelae nuptiis longe deteftabiliorem fecerunt. Filium enim patri appofuerunt, cuius ante iram Progne mater fuerat. fed tunc partus moleftiam obliuioni tradiderat: ita obtrectationis furor vteri doloribus longe potentior eft. Quanquam autem hoc illis moleftum erat: tamen cum eum, qui maritalis tori leges violauerat, vlcifci fe viderent, huiusmodi moleftiam cum vindictae voluptate compenfant. Poftea quam Tereus furiali menfae accumbens epulatus eft, mulieres in lance nati reliquias ridentes pariter ac trepidantes protulerunt. Ex quibus natum a fe abfumptum intelligens, lugebat cibum feque coenae genitorem agnouit. Quo facto cognito furore percitus, educto gladio

Adfpice, fignatum fanguine pectus habet.

IDEM.

14) Κᾆν πάσχωσιν] Lege: κᾆν πάσχωσι. SALMASIVS.

15) Κακὸν] Ed. Commel. κακῶν. Cod. Bau. κάκῶς.

BODEN.

16) Τῦ πάσχοιν] Commel. τῦ πάσχοντας. IDEM.

17) Ἐρινύων] Commode ita vocatur coena Terei, quoniam parata erat a feminis, quarum mentes a furiis erant exagitatae. BERGER.

18) Γελῶσαι φόβον] Cod. Bau. c. ed. pr. γελῶσαι φόβῳ.

BODEN.

19) Ὁρᾷ τὰ λείψανα τῦ παιδὸς] In Anglicano τὰ λείψανα τῶν κακῶν. Atque ita Editio Palatina. Vt liqueat, fic habuiffe quoque codicem, ex quo adornata eft. SALMASIVS.

20) Καὶ σπάσας τὸ ξίφος καὶ ἐπὶ τὰς γυναῖκας τρέχει] Ita meliores libri. In Anglicano καὶ σπάσας τὸ ξίφος ἐπὶ τὰς γυναῖκας τρέχει. Sic etiam legit interpres cum hac verfione: *educto gladio in utram-*

τὰς γυναῖκας τρέχει. ἃς δέχεται ὁ ἀὴρ, καὶ ὁ Τηρεὺς αὐταῖς συναναβαίνει, καὶ ὄρνις γίνεται, καὶ τηροῦσι ἔτι τοῦ πάθους τὴν εἰκόνα. φεύγει μὲν ἀηδὼν, διώκει δὲ ὁ Τηρεύς·21) οὕτως ἐφύλαξε τὸ μῖσος καὶ μέχρι τῶν πτερῶν.

ΚΕΦΑΛ. ϛ'.

Τότε μὲν οὖν οὕτως ἐξεφύγομεν τὴν ἐπιβουλήν. ἐπεδήσαμεν δὲ οὐδὲν ἢ μίαν ἡμέραν. τῇ γὰρ ὑστεραίᾳ παρῆν ἕωθεν ὁ Χαιρέας· καὶ ἡμεῖς αἰδεσθέντες ἀντιλέγειν οὐκ εἴχομεν·1) ἐπιβάντες οὖν * σκάφους, ἤλθομεν εἰς τὴν Φάρον. ὁ δὲ Μενέλαος ἔμεινεν αὐτοῦ, φήσας οὐχ ὑγιῶς ἔχειν. Πρῶτον μὲν οὖν ἡμᾶς ὁ Χαιρέας ἐπὶ τὸν πύργον ἄγει, καὶ δείκνυσι τὴν κατασκευὴν κάτωθεν θαυμασίαν τινὰ καὶ παράλογον. ὄρος ἦν ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ κείμενον, ψαῦον αὐτῶν τῶν νεφῶν. ὑπέῤῥει δὲ ὕδωρ 2) κάτωθεν αὐτοῦ τοῦ ποιήματος, τὸ δὲ ἐπὶ θαλάσσης εἱστήκει κρεμάμενον. ἐς δὲ τὴν τοῦ ὄρους ἀκρόπολιν ὁ τῶν νεῶν κυβερνήτης ἀνέτελλεν 3) ἄλλος. μετὰ δὲ

ταῦτα

vtramque irruit. Nec aliter Editio Palátina, nisi quod σπάσας habuit pro σπάσας vitio typographico.

SALMASIVS.

21) Διώκει δὲ ὁ Τηρεὺς] Pro quo accuratius: ἔποψ.

BERGER.

1) Ο Χαιρέας — — εἴχομεν] Omissa sunt in editione prima.

BODEN.

2) Ὑπέῤῥει δὲ ὕδωρ] Editio prima illud δὲ non agnoscit.

IDEM.

3) Ἀνέτελλεν] Potest respicere siue ad Castorem et Pollucem, siue ad sidera in vniuersum, de quibus constat, gubernatoris loco esse nauigantibus. Cum his igitur comparat ignem e turris fastigio lucentem.

BERGER.

Κυβερ-

dio in vtranque irruit. At illas in aues repente mutatas aer suscepit: quibus cum Tereus quoque mutatus in volucrem sublatus est. Affectus autem illius imaginem etiamnum omnes seruant. Luscinia enim fugit adhuc, vpupa vero insequitur, vt post mutationem odium quoque seruatum videatur.

CAPVT VI.

Atque hoc quidem pacto tunc insidias vitauimus, nihil quicquam lucrati, praeterquam vnum diem. Affuit enim postridie mane Chaerea. Nosque verecundia permoti recusare amplius ausi non sumus. Quam obrem conscensa naui ad Pharum deuenimus, vno excepto Menelao, qui cum se non admodum ex sententia valere diceret, domi remansit. Chaerea igitur nos primum in turrim duxit: substructionemque imam, miram illam quidem, et quodammodo incredibilem ostendit, Mons erat medio in mari situs, nebulas pene contingens: cuius sub radicibus aqua conspiciebatur, ita vt suspensae mari imminere viderentur. In turri, summo in monte, aedificata ignis elucet, quae quasi gubernator alius naui-

Κυβερνήτης ἀντιλάμπει ἄλλος] Interpres: *Ignis elucet, qui, quasi gubernator alius, nauigantes cursu dirigat.* Nihil de igne Tatius. Simpliciter dicit, summo in monte turrim aedificatam, id est, ipsum φάρον, qui gubernatoris alterius vice naues in portum dirigat et deducat. Vnicuique naui suus gubernator est. At hic φάρος alter gubernator nauium. De πύργῳ tamen, qui ex illa turri eleuabatur ad dirigendas naues, videri posset intellexisse, ἐς δὲ τὴν τῷ ὄρει ἀκρόπολιν ὁ τῶν νεῶν κυβερνήτης ἀντιλάμπει ἄλλος. Appellat ὄρος petram ipsam siue scopulum, in quo turris aedificata. Straboni dicitur πέτρα περίκλυστος, lib. XVI. Diodoro in Epigrammate Graeco ἀναδέτην vocatur

ταῦτα ἡγεῖτο ἡμῖν 4) ἐπὶ τὴν οἰκίαν. ἦν δὲ ἐπ' ἐσχάτου τῆς νήσου κειμένη ἐπ' αὐτῇ 5) τῇ θαλάσσῃ.

ΚΕΦΑΛ. ζ'.

Ἑσπέρας οὖν γενομένης, ὑπεξέρχεται 1) μὲν ὁ Χαιρέας, πρόφασιν ποιησάμενος τὴν γαστέρα. μετὰ μικρὸν δὲ βοή τις ἐξαίφνης περὶ τὰς θύρας ἦν, καὶ εὐθὺς εἰστρέχουσιν ἄνθρωποι μεγάλοι καὶ πολλοὶ, μαχαίρας ἐσπασμένοι, καὶ ἐπὶ τὴν κόρην πάντες ὥρμησαν. ἐγὼ δὲ ὡς εἶδόν μου φερομένην τὴν φιλτάτην, 2) οὐκ ἐνεγκὼν, ἵεμαι διὰ τῶν ξιφῶν· καί με παίει τις κατὰ τοῦ μηροῦ μαχαίρᾳ, καὶ ὤκλασα. 3) καὶ ἐγὼ μὲν ἤδη πεσὼν, ἐῤῥεόμην αἵματι· οἱ δὲ ἐνθέμενοι τῷ σκάφει τὴν κόρην, ἔφευγον. Θορύβου δὲ καὶ βοῆς, * οἷα ἐπὶ λῃστείᾳ γενομένης, ὁ στρατηγὸς τῆς νήσου παρῆν. ἦν δέ μοι γνώριμος ἐκ τοῦ στρατοπέδου γενόμενος. δεικνύω 4) δὴ τὸ τραῦμα, καὶ δέομαι διῶξαι τοὺς λῃστάς. ὥρμει δὲ πολλὰ πλοῖα ἐν τῇ πόλει. τούτων ἑνὶ ἐπιβὰς ὁ στρατηγὸς, ἐδίωκεν ἅμα τῇ παρούσῃ φρουρᾷ. κἀγὼ δὲ συνανέβην φοράδην κομισθείς.

catur χειρὰς εἰναλίη. Hesychio, ἀκρωτήριον. At ἀκρόπολις in illo monte condita ipse πύργος est, siue turris, cui nomen φάρος, vt et ipsi insulae. Ab illa turri fax extollebatur, quae ἄλλου κυβερνήτου nomine Achilli nostro indigetatur. Hodie in Idiomate nostro *Pharum* dicimus ipsum πύργον. Diodorus de hoc pharo, qui turris erat,

Πύργος ὁ δ' εἰναλίης ἐπὶ χειράδος
ἵδρυται νήσῳ,
Ταὐτὸν ἔχων ὄνομα σύμβολον,
εἶμι φάρος.

Reperio apud Hesychium, φαρέων

nauigantes noctu dirigat. Haec cum vidissemus, in domum, quae in extrema insulae parte ad mare posita erat, introducti fuimus.

CAPVT VII.

Vix aduesperauerat, cum Chaerea ventrem purgare sibi opus esse causatus exiuit. Atque haud ita multo post, clamor quidam improuisus ante fores auditus est, repenteque viri multi, ac magni districtis gladiis irrumpentes, in puellam vna omnes impetum fecerunt. Ipse autem Leucippen meam abduci videns, animoque iniquissimo id ferens, medios in gladios me conieci, atque in femore vulnus accepi graue adeo, vt curuato poplite conciderim, sanguine totus conspersus, illique interea puella nauiculae imposita impune abierint. Caeterum clamore, concursuque facto, vt in piratarum aduentu fieri consueuit, insulae praefectus accurrit. Erat is mihi, quod ipso imperatore stipendia meruissem, non ignotus. Ostendi itaque vulnus, praedonesque vt insequeretur, obtestatus sum. Ille nauigium ex iis, quae multa in ciuitatis portu stationem habebant, conscendens, cum ea, quae tum forte aderat, manu, fugientes insecutus est. Quin ipse

 quoque,

ρύειν, λαμπρύνειν, et φαιδρῦναι, λαμπρυνθῆναι. SALMASIVS.

4) Ηγεῖτο ἡμῖν] Edit. Commel. ἡγεῖτο ἡμᾶς. BODEN.

5) Επ' αὐτῇ] Mallem ἐπ' αὐτῆς. IDEM.

1) Υπεξέρχεται] Edit. pr. vitiose ὑπερξέρχεται. IDEM.

2) Ως οἶδεν μου φερομένην τὴν φιλτάτην] Lege φερομένην μου τὴν φιλτάτην. SALMASIVS.

3) Ωκλασα] Edit. Commel. ὤκλασεν. BODEN.

4) Λευκίππη] Ita libri secundae editio-

θείς.[5]) Ὡς δὲ εἶδον οἱ λῃσαὶ προσιοῦσαν ἤδη τὴν ναῦν εἰς ναυμαχίαν, ἱςᾶσιν ἐπὶ τοῦ καταςρώματος [6]) ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένην τὴν κόρην· καί τις αὐτῶν μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Ἰδοὺ τὸ ἆθλον ὑμῶν, εἰπὼν, ἀποτέμνει αὐτῆς τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ὠθεῖ κατὰ τῆς θαλάσσης· ἐγὼ δὲ ὡς εἶδον, ἀνέκραγον, οἰμώξας,[7]) καὶ ὥρμησα ἐμαυτὸν ἐπαφῆναι. ὡς δ' οἱ παρόντες κατέχον, ἐδεόμην ἐπισχεῖν τε τὴν ναῦν, καί τινας ἅλλεσθαι [8]) κατὰ τῆς θαλάττης, εἴ πως καὶ πρὸς ταφὴν λάβοιμι τῆς κόρης τὸ σῶμα. καὶ ὁ ςρατηγὸς πείθεται, καὶ ἵςησι τὴν ναῦν· καὶ δύο τῶν ναυτῶν ἀκοντίζουσιν ἑαυτοὺς ἔξω τῆς νεὼς, καὶ ἁρπάσαντες τὸ σῶμα ἀναφέρουσιν. ἐν τούτῳ δὲ οἱ λῃσαὶ μᾶλλον ἐῤῥωμενέςερον ἤλαυνον.[9]) ὡς δὲ ἦμεν πάλιν πλησίον, ὁρῶσιν οἱ λῃσαὶ ναῦν ἑτέραν, καὶ γνωρίσαντες, ἐκάλουν πρὸς βοήθειαν. Πορφυρεῖς [10]) δὲ ἦσαν πειρατικοί. ἰδὼν δὲ ὁ ςρατηγὸς δύο ναῦς ἤδη γενομένας,

editionis. In prima fuit δείκνυμι.

SALMASIVS.

5) Κἀγὼ δὲ συνανέβαιν φοράδην κομισθεὶς] Vide eamdem ςῆσιν supra L. I. c. 13. n. 4. Quae interpres de obligato vulnere habet, de suis attulit.

BODEN.

6) Καταςρώματος] Reddit interpres: *in prora*. Sunt catastromata tabulae, quibus consternebatur nauis ac contegebatur, vt in hoc veluti tecto stare propugnatores inque hostem tela mittere possent, secundum *Schefferum* de milit. nau. L. II. c. 5. Erat igitur cum Petronio per *constratum* nauis, germanice *Verdeck*, exponendum. Putasne vero, hoc interpreti fuisse ignotum? Noluit hic vitium committere contra rem nauticam, non ignorans ex Thucydide L. I. et eius interprete, a Scheffero laudato, piraticis nauibus talia catastromata non fuisse,

quoque, ita vt eram, obligato vulnere in nauem deferri me iussi. Piratae simul atque nos appropinquantes iam, ac ad pugnandum paratos conspexere, puellam, manibus ad tergum reuinctis, in prora statuerunt. vnusque ex eis magna voce clamans: En praemia, quae petitis; miserae illi caput abscidit: eoque in naui occultato, cadaueris reliquum in mare deiecit. Quod conspicatus ipse, neque lachrymis, neque clamori peperci; imo post illud in mare praecipitem me dare volui. Verum cum me, qui aderant, continuissent, remos vt inhiberent, eorumque aliquis in mare desiliret, rogaui, si quo pacto puellae corpus humandum recipere possent. atque praefectus paruit, nauemque statuit. Tum vero nautarum duo e naue delapsi, collectum retulerunt cadauer. Piratae interea validius multo fugae incumbebant: quibus cum rursum appropinquauissemus, aliam illi ratem conspicati, agnitisque, qui ea vehebantur, erant autem purpurae collectores piraticam facientes, ab iis auxilium implorarunt. Quam ob rem praefectus duas iam naues con-

fuisse, qualia reliquis. Piratae enim in carina sedebant, ne conspicerentur, pugnantesque e prora vel puppi tela mittebant. Quamquam his locis tabulae etiam erant constratae, e quibus pugnarent, proprie tamen non dicebantur catastromata. Ergo interpres recte interpretatur pro structura nauium piraticarum: in prora statuerunt. IDEM.

7) Οἰμώξεις] Deest in Cod. Bau. et ed. Commel. IDEM.

8) Καί τινας ὠλίσθη] In aliis ὠλίσθη. SALMASIVS.

9) Ηλαυνον] Editio prima: ἤλαυνον. BODEN.

10) Πορφυρεῖς δὲ ἦσαν πειρατικοί] In Angl. πόρφυρεις δὲ ἦσαν, corrupte. Quod videtur esse ex Idiomate Graec. barbarae, Πορφυρεῖς, qui et πορφυρευταὶ et κογχυλευταί. Sunt

μένας, ἐφοβήθη, καὶ πρύμναν ἐκρούσατο.[11] καὶ γὰρ οἱ πειραταὶ τοῦ φυγεῖν [12] ἀποτρεπόμενοι προὐκαλοῦνθ᾽ ὡς εἰς μάχην.[13] ἐπεὶ δὲ ἀνεστρέψαμεν εἰς γῆν, ἀποβὰς τοῦ σκάφους, καὶ τῷ σώματι περιχυθεὶς, ἔκλαιον·[14] Νῦν μοι Λευκίππη τέθνηκας ἀληθῶς θάνατον διπλοῦν, γῇ καὶ θαλάττῃ διαιρούμενον. τὸ μὲν γὰρ λείψανον ἔχω σου τοῦ σώματος· ἀπολώλεκα δέ σε. οὐκ ἴση τῆς θαλάττης πρὸς τὴν γῆν ἡ νομή. μικρόν μοί σου μέρος καταλέλειπται ἐν ὄψει τοῦ μείζονος· αὐτὴ δὲ ὀλίγῳ τὸ πᾶν σου

Sunt piscatores purpurarum ad tincturam, latine *Murileguli.* Ita enim in codice Theodosiano vocantur. Glossae Philoxenii *Murilegulorum*, τῶν κογχυλευτῶν, *Murilegulus*, κογχυλευτὴς, pro *muricilegulus*.

SALMASIVS.

11) Πρύμναν ἐκρούσατο] Πρύμναν κρούσασθαι non est *puppim conuertere*, vt hic vertit interpres, sed *in puppim conuerso nauigio retro cedere*, adeo vt, qui, prora in anteriore procedente, nauem remigio propellebant, eamdem retro agant, et, prora semper obuersa, mutata remigandi ratione, ad puppim cursum impellant. Vt homo, qui retro cedit, conuersa ad anteriora facie, εἰς πυγὴν φυγεῖν dicitur, ita naues εἰς πρύμναν ὑποχωρεῖν. Quod et πρύμναν κρούσασθαι dicebant. Latini *retro nauem inhibere* et, *remos inhibere*, cum remigio repelleretur ad puppim et incitaretur retro cursus nauis. Pessime omnium, quid esset πρύμναν κρούσασθαι, intellexit vltimus Horatii Criticus, ad illa, *puppes sinistrorsum citae.* Quem locum nec recte interpretatus est.

IDEM.

Recte interpretatus est *Salmasius*. Copiosius hac de re disputat *Scheffer* de Milit. nau. L. III. c. 4. simul docens, consueuisse tum remiges mutare sedilia, h. e. vertere se et frontem illuc dirigere, quo ante tergum.

BERGER.

Legitur in libris etiam πρύμνην ἐκρούετο. Melius interprete sensum quidem exhausit Salmasius. Sed in eo errat, quod statuit,

uenisse videns, extimuit, remisque inhibere iussit: quandoquidem illi fuga repressa iam nos ad pugnam prouocabant. Postea quam ad littus reuersi, et e nauigio egressi sumus, ego mortuae truncum amplexus, ita misere lamentari coepi: Nunc quidem certe mihi vnam atque alteram Leucippe mortem obiisti, terra scilicet atque mari diuisam: quanquam enim hasce corporis tui reliquias habeo, te tamen amisi: neque enim, quae tui pars terrae tradita est, ei par est, quam retinuit mare: nam minor tui pars sub maioris imagi-

statuit, κρούσασθαι πρύμναν Latinis esse *remos inhibere.* Deceptus est *Iosephi Scaligeri* nota in Sphaeram barbaricam M. Manilii, p. m. 386. *Quod Graecis est* πρύμναν κρούσασθαι, *Latinis — remos inhibere: quod fit, quando nautae mutato situ in puppim nauem auersam impellunt, non, vt antea, in proram.* Hoc Latini dicunt *remis* inhibere. Aliud vero est inhibere *remos*, nimirum, *quiescere, vltra non progredi, subsistere*, graecis ἐπέχειν. Remis inhibere, seu πρύμναν κρούσασθαι solebant, pugnam detrectantes, aut fugam ex praelio molientes, qui semper proram obuersam habebant hosti, ne puppibus, quasi tergis, victor inhaerere possit. Vide de vera huius εἰρεσίας notione *I. F. Gronouii* Obseruat. L. IV. cap. 26. nec minus *Graeuium* in Cicer. epist. ad Famil. L. IIX. ep. 13. In praecedentibus etiam hoc ipso capite minus accurate interpres dederat, *rogaui, vt nauem inhiberent,* ἐδεόμην ἐπισχεῖν τὴν ναῦν. Scribe, *rogaui, vt remos inhiberent.* Paullo post ἵστησι τὴν ναῦν, redditur *remiges inhibere iussit*, quod itidem, vt plura alia, non satis est latine, sed *nauem statuit.* BODEN.

12) Φυγῆς ἀποτρεπόμενοι] Sic Editiones. Cod. Bauar. φεύγειν ἀποτρεπόμενοι. Quidam: ἀποτρωπώμενοι. IDEM.

13) Προυκαλοῦνθ' ἡμᾶς εἰς μάχην] In aliis, προεκαλοῦντο εἰς μάχην. Atque ita exemplaria secundae Editionis. SALMASIVS.

14) Εκλαιον] Cod. B. ἔκλαιον. BODEN.

15) Νῦν

σου κρατεῖ.[15]) ἀλλ' ἐπεί μοι τῶν ἐν τῷ προσώπῳ φιλημάτων ἐφθόνησεν ἡ τύχη, φέρε σου καταφιλήσω[16]) τὴν σφαγήν.

ΚΕΦΑΛ. η'.

Ταῦτα θρηνήσας[1]) καὶ θάψας τὸ σῶμα, πάλιν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἔρχομαι, καὶ θεραπευθὴς ἄκων τὸ τραῦμα, τοῦ Μενελάου με παρηγοροῦντος, διεκαρτέρησα ζῶν. Καὶ ἤδη μοι γεγόνασι[2]) μῆνες ἕξ, καὶ τὸ πολὺ τοῦ πένθους *ἤρχετο μαραίνεσθαι. χρόνος γὰρ λύπης φάρμακον,[3]) καὶ πεπαίνει τῆς ψυχῆς τὰ ἕλκη. μεσὸς γὰρ ἥλιος

[15]) Νῦν μοι Λευκίππη — κρατεῖ] Hunc locum ego ita verto: *Iam mihi bis, Leucippe, mortua es, terra quippe ac mari lacerata. Reliquias quidem ego quasdam corporis tui habeo,* TE *autem perdidi. Ah! non aequalem diuisionem inter partem, quam terra habet, et inter eam, quam mare! Relicta mihi est parua pars tui, cum maiorem partem conspicio. nam mare, quod paruam tui partem habet (maiorem, immo) te totam retinet.* Obserua, ingenio Clitophontem abundare, atque in summo quidem dolore. Quod veritatis similitudinem mentitur. Θνήσκειν θάνατον, *Lamb. Bos*, et quis non? inculcauit, esse *mori*, absque emphasi, quam linguae graecae rudiores praetendunt. Moriebatur autem Leucippe θάνατον διπλοῦν. Nam, miro Menelai ac Satyri artificio, piratis et Clitophonti mactari olim visa erat, lib. III. p. 191. Confer ad h. l. quae lib. VII. pag. 423. de noua Leucippes morte denuo occurrunt. Sic dixerat Clitophon supra de morte Charicleis, lib. I. pag. 47. Καί μοι τέθνηκας θάνατον διπλοῦν, ψυχῇ καὶ σώματι. Verba: μικρόν μοι σ. μ. κ. ἐν ὄψει τ. μ. transtuli: *relicta mihi est* p. p. t. *cum maiorem* p. *conspicio.* Absque sensu Latinus interpres dedit: *nam minor tui pars in maioris ima-*

ne mihi relicta est, contra vero sub minoris, integram te manere possidet. Sed quoniam os mihi tuum suauiari fortuna eripuit, quod certe licet, iugulum exosculabor.

CAPVT VIII.

Haec mecum questus, cadauer sepulturae mandaui, deinde Alexandriam reuersus sum: vbi curatione vulneri licet inuite adhibita, summo in cruciatu, Menelao me consolante, vitam egi. Tandem transactis mihi mensibus sex, doloris magnitudo diminui coepit. Moeroris enim medicina tempus est, animique vulnera emollit. Sol quippe hilarita-

imagine relicta est. Sic fit, quum sola verba sequeris. Ἐν ὄψει, *in imagine.* Quemadmodum Vulgatae versionis auctor vertit ἐν προσώπῳ. I. X. *in facie* I. C. 2 Cor. IV, 6. Transfer hunc locum simpliciter: *vt Deum agnoscamus* PER *Christum*, i. e. *dum Dominum Christum* cognoscimus. (Conf. Christus ipse O. M. penes *Ioannem* VI, 65—68) Hoc *Tatii* loco: *minor pars relicta est* PER *maiorem*, h. e. dum maiorem illam contemplor. Παίζει Clitophon cum *maiore* et *minore* parte. De voce ὄψις eiusque significatione varia eleganter differit et copiose *Horreus* obs. crit. ad *Thucyd.* c. 9. p. 464 seq. Caeterum hominem ab antiquis in caput et reliquum corpus diuidi ad *Palaeph.* iam dixi, pag. 27.

CARPZOVIVS.

16) Φέρε σε καταφιλήσω] Edit. pr. Φέρειν σε καταφίλημα. Et supra pro ὀλίγῳ c. Cod. Bau. ἐν ὀλίγῳ. BODEN.

1) Θρηνήσας] Ita Anglicanus cum editione Palatina. Alii καταθρηνήσας. SALMASIVS.

2) Γεγόνασι] Anglicanus cum editione: γεγόνασι μῆνες ἕξ. IDEM.

3) Χρόνος γὰρ λύπης φάρμακον] *Stobaeus* ex Euripidis Alexandra Serm. 113.

— — κάμπτει τῷ χρόνῳ λύπας χρεών.

Pro-

ἥλιος ἡδονῆς· καὶ τὸ λυπῆσαν πρὸς ὀλίγον κἂν ᾖ καθ' ὑπερβολὴν ἀναζεῖ μὲν ἐφ' ὅσον ἡ ψυχὴ καίεται, τῇ δὲ τῆς ἡμέρας ψυχαγωγίᾳ νικώμενον καταψύχεται. Καί μου τὶς κατόπιν βαδίζοντος ἐν ἀγορᾷ τῆς χειρὸς ἄφνω λαβόμενος ἐπιστρέφει,4) καὶ οὐδὲν εἰπὼν, προσπτυξάμενός με πολλὰ κατεφίλει. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ᾔδειν ὅς τις ἦν, ἀλλ' εἱστήκειν ἐκπεπληγμένος καὶ δεχόμενος τὰς προσβολὰς τῶν ἀσπασμάτων ὡς φιλημάτων σκοπός.5) ἐπεὶ δὲ μικρὸν διέσχε, καὶ τὸ πρόσωπον εἶδον, Κλεινίας δὲ ἦν, ἀνακραγὼν ὑπὸ χαρᾶς, ἀντιπεριβάλλον τε αὐτὸν, καὶ τὰς αὐτὰς ἀπεδίδουν περιπλοκάς· καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὴν καταγωγὴν ἀνήλθομεν τὴν ἐμήν. καὶ ὁ μὲν ταῦτά μοι διηγεῖτο,6) ὅπως ἐκ τῆς ναυαγίας περιγίνοιτο· ἐγὼ δὲ τὰ περὶ τῆς Λευκίππης ἅπαντα.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Εὐθὺς μὲν γὰρ, ἔφη, ῥαγείσης τῆς νεὼς, ἐπὶ τὸ κέρας ἦξα,1) καὶ ἄκρου λαβόμενος μόλις, ἀνδρῶν ἤδη πεπλη-

Propius vero ad nostrum spectat illud Diphili ex eodem serm. 123.

Λύπης δὲ πάσης γίγνετ' ἰατρὸς χρόνος.

Simile illud senis Terentiani: *Vulgo audio dici, diem adimere aegritudinem hominibus.* Heaut. III, 1, 13. Notat *Willichius*, prouerbium vetustum esse ex *Sophoclis* sententia: *Tempus est facilis deus*, quod scilicet omnia molliat. Vide ibi similes locos plures.

BODEN.

4) Λαβόμενος ἐπιστρέφει] Ita habuit liber cum regiis codicibus collatus, quem habui a viro Clarissimo Francisco Oleario. Quod etiam sequutae sunt operae nostrae, sed melius, quod in aliis postea inueni, ἐπιστρέφει. Τῆς

χειρὸς

laritatis plenus est, et aegrimonia tametsi modum superat, non tamen, nisi quatenus mens aestuat, feruet: ac si temporis amoenitate deliniatur, refrigescit. Caeterum cum me ad forum aliquando conferrem, superueniens mihi a tergo quidam repente, manu comprehensum ad se conuertit, taciteque amplexus et dissuauiatus est. Ego, quis ille esset, initio non cognoui, sed obstupefactus, oscula et salutationes, non aliter quidem, quam si scopus aliquis essem, ad quem eae dirigerentur, excepi. ac non multo post eius faciem contemplatus, et prae gaudio vocem tollens, erat enim Clinia, hominem complector, paresque amplexus reddo: ac mecum vna domum perduco. Vbi ille mihi quo pacto naufragio ereptus fuerat, ego illi contra, quae Leucippae acciderant, singula commemoraui.

CAPVT IX.

Atque ita quidem ille: Fracta, inquit, naui, antennae inhaesi: extremitatemque illius viris iam plenam iniectis

χειρὸς λαβόμενος ἐπιστρέψαι, καὶ ἤδη εἰπὼν, προσπτυξάμενός με πολλὰ κατεφίλει. Ita scripsisse auctor videtur in secunda Editione. In prima autem posuerat χειρὸς ἄφνω λαβόμενος, ἐπισχὼν, καὶ ἤδη εἰπὼν, περιπτυξάμενός με πολλὰ κατεφίλει. Sic habuit codex Palatinus cum Anglicano.

SALMASIVS.

5) Φιλημάτων σκοπός] In aliis, σκοπόν. Atque ita Anglicanus. Melius tamen σκοπός.

IDEM.

6) Ταῦτά μοι διηγεῖτο] Alii: τὰ αὐτοῦ διηγεῖτο. IDEM.

Ita et Bau. cod. Sed editio prima: τὰ αὐτὰ σοῦ διηγεῖτο.

BODEN.

7) Ἐπὶ τὸ κέρας ἧξα] Scribitur in melioribus ἐπὶ τῆς κεραίας ἧξα. Quae diuersitas non est ab

πεπληρωμένου, περιβαλὼν τὰς χεῖρας, ἐπεχείρουν ἐπέχεσθαι[2]) παρακρεμάμενος. ὀλίγον δὲ ἡμῶν ἐμπελαγησάντων, κῦμα μέγιστον *ἆραν τὸ ξύλον, προσρήγνυσιν ὄρθιον ὑφάλῳ πέτρᾳ. κατὰ θάτερον δ᾽ ἔτυχον ἐγὼ[3]) κρεμάμενος. τὸ δὲ προσαραχθὲν βίᾳ πάλιν εἰς τοὐπίσω δίκην μηχανῆς ἀπεκρούετο, καί με ὥσπερ ἀπὸ σφενδόνης ἐξεῤῥίπισεν. τοὐντεῦθεν δὲ ἐνηχόμην τὸ ἐπίλοιπον τῆς ἡμέρας, οὐκέτ᾽ ἔχων ἐλπίδα σωτηρίας. ἤδη δὲ κάμνων,[5]) καὶ ἀφεὶς ἐμαυτὸν τῇ τύχῃ, ναῦν ὁρῶ.[6]) κατὰ πρόσωπον φερομένην, καὶ τὰς χεῖρας ἀνασχὼν, ὃν ἠδυνάμην τρόπον, ἱκετηρίαν ἐδεόμην τοῖς νεύμασιν. οἱ δὲ, εἴτε ἐλεήσαντες,[7]) εἴτε καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοὺς ἦγεν,[8]) ἔρχονται κατ᾽ ἐμὲ, καί τις τῶν ναυτῶν πέμπει μοι κάλον[9]) ἅμα τῆς νεὼς παραθεούσης. κἀγὼ μὲν ἐλαβόμην· οἱ δὲ ἐφείλκυσάν με ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν.[10]) ἔπλει δὲ τὸ πλοῖον εἰς Σιδῶνα. κἀμέ τινες γνωρίσαντες ἐθεράπευσαν.

ΚΕΦΑΛ.

ab alio, sed ex duplici operis Editione ab ipso auctore nata est. Κέρας etiam de antemna nauis. Vnde cornua antemnarum Virgilio. Sed κεραία vsitatius. Illud magis poeticum. Et supra etiam, cum illud naufragium narrat, κεραίαν dixit. Sic etiam hoc loco volui editum. Male interpres vertit: *ad alterum prorsus cornu me contuli.* Nam de antemna, id est, κεραία intelligendum, vt constat ex lib. III. vbi hic casus Cliniae memoratur, καὶ τὸν Κλεινίαν ἑωρῶμεν περιεχόμενον τῇ κεραίᾳ. SALMASIVS.

Male vituperat Salmasius τὸ κέρας Tatii, et cornu interpretis. Vtrumque se facile tueri potest, propterea quod vbique dictionem poeticam sequitur Achilles et Clinias etiam extremas antennae partes, de quibus constat, vocari *cornua*, arripuisse fatetur.

BERGER.

2) Επιχείρουν ἐπέχεσθαι] In aliis

iectis manibus vix apprehendens, suspensus detineri conabar. Nobis autem aliquantisper vndarum vi agitatis, fluctus ab altera parte lignum, cui haerebam, scopulo aquis contecto illisit: illisum aquae impetus iterum, machinae instar, reiecit, meque perinde ac funda iactatum excussit. Quam ob rem diei reliquum natando, spe omni salutis penitus amissa, transegi. Tandem fessus, fortunaeque arbitrio totum me permittens, nauem quandam ad me venientem conspexi, ad illamque, quatenus concessum erat, manum tendens auxilium nutu rogaui. Qui in ea erant, siue quod vicem meam dolerent, siue quod ita ventis agerentur, ad me proram direxerunt: eorumque vnus rudentem naue interim praeterlabente, demisit: quem cum apprehendissem, illi ex ipsis me mortis faucibus eripuerunt. Porro nauis illa Sidonem ferebatur, ac nonnulli, quibus notus eram, mihi curationem adhibuerunt.

CAPVT

liis ἐπιχείρειν ἴχθυας παρασκευασάμενος. Quod non deterius altero. Sic etiam prior Editio habuit. SALMASIVS.

3) Ἔτυχον ἐγὼ] ἐγὼ ἔτυχον. IDEM.

4) Ἐξερρίπτουν] Editio Palatina, ἐξέρριπτεν. Minus recte. Et paulo post eadem cum Anglicano, χεῖρας καταπαχών. Pro quo ex aliis reposuimus, ἀνασχών, vt sensus postulat. Nisi quis pro illo καταπαχὼν putet fuisse, χεῖρας κατασείων. Sed rectius ἀνασχών. Et sic habent plures libri ac meliores. IDEM.

5) Κάμνων] Sic editiones. In Codd. Bau. et Angl. est καμών. BODEN.

6) Ὁρῶ] Editiones ὁρῶν. Melius, quod ex laudatis codd. reposui, ὁρῶ. IDEM.

7) Ἐλεήσαντες] In aliis additur ἐλεήσαντές με. IDEM.

8) Τὸ πνεῦμα αὐτοὺς ἦγεν] Hoc etiam placuit prae vulgato κατέγαγεν. Quamuis ita quoque habeat

ΚΕΦΑΛ. ι′.

Δύο δὲ πλεύσαντες ἡμέρας ἐπὶ τὴν πόλιν ἥκομεν, καὶ δέομαί τε τῶν ἐν πλοίῳ Σιδωνίων Ξενοδάμας δὲ ὁ ἔμπορος ἦν, καὶ Θεόφιλος ὁ τούτου πενθερὸς, μηδενὶ Τυρίων, εἴπερ τύχοιεν,[1]) κατειπεῖν ὡς ἐκ ναυαγίας περιγενοίμην, ὡς ἂν μὴ μάθοιεν συναποδεδημηκότα. ἤλπιζον γὰρ λήσειν, εἰ τὰ ἀπὸ ˌτούτων ἐν ἡσυχίᾳ γένοιτο, πέντε μόνων ἡμερῶν * μοι μεταξὺ γενομένων, οἷς οὐκ ἔτυχεν ὀφθείς. τοῖς δὲ κατὰ τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν, ὡς οἶδας, προσηγορεύκειν [2]) τοῖς πυνθανομένοις, εἰς κώμην ἀποδεδημηκέναι. μέχρι δέκα ὅλων ἡμερῶν. καὶ τοῦτόν γε τὸν λόγον εὗρον περὶ ἐμοῦ κατεσχηκότα. Οὔπω δὲ οὐδὲ ὁ σὸς πατὴρ [3]) ἐκ τῆς Παλαιςίνης ἔτυχεν ἥκων, ἀλλὰ δύο ἄλλων ὕστερον ἡμερῶν,[4]) καὶ

habeat Anglicanus. Interpres etiam legit, vt legimus.

SALMASIVS.

[9]) Κάλων] Alii κάλων.

BODEN.

[10]) Πυλῶν] Quod auctor hoc quidem loco dicit ἐφελκυσάν με ἐξ ἀ. τ. τ. θ. π. infra lib. VI. aliquantum mutat: ἐκ μέσων τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ἀναγαγεῖν. *Lucretius* Lib. III, 67. *Et quasi iam leti portas cunctarier ante.* Πύλαι θανάτου s. ᾅδου finguntur, quia vita functorum status sub imagine domus exhibetur a gentibus. Hinc apud *Homerum* et *Euripidem*: κατελθεῖν εἰς ᾅδου δόμους, εἰς δόμ᾽ ᾍδαο. Quas in aedes per adamantinas ferreasque portas aditus fieri dicebatur. Vid. *Hom.* Il. VIII, 15. et *Virgil.* VI, 552. De morte praematura *Theognis* ὤκιστα πύλας ᾍδαο περῆσαι, de moribundo *Theocr.* II, 60. τὰν Ἀΐδαο πύλαν ἀραξῶ, Ps. CVII, 18. ἐγγίζειν ἕως τῶν πυλῶν θανάτου, Ies. XXXVIII, 10. πορεύσομαι ἐν πύλαις ᾅδου. Qua de caussa Christiani etiam scriptores non dubitarunt eodem modo loqui. *Cyrillus* Hieros. Catech. V. p. 43. Lazarum reuocatum esse scribit ἐξ ᾅδου πυλῶν, ac *Theodoretus* Tom. III. ep. 81. se in mortis discrimine fuisse, scribens,

CAPVT X.

Biduum autem nauigantes ad vrbem aduecti ſumus. Ibi tum ego Sidonios, qui ea naui vehebantur, Xenodamam ſcilicet mercatorem, eiusque ſocerum, Theophilum, rogaui, ne Tyriorum alicui, ſi quem forte obuiam habuiſſent, naufragio liberatum me nunciarent, vt ne me tecum iter ſuſcepiſſe intelligerent. Fieri enim poſſe putabam, vt eos laterem, ſi quidem hoc illi clam haberent, praeſertim, quod quinque tantum dies effluxiſſent, quibus nusquam apparueram. Nam et domeſticis meis, vt ſcis, rogantibus, me rus iturum, decemque integros dies abſuturum eſſe, reſponderam: atque hanc apud omneis famam de me inualuiſſe comperi. Sed et pater tuus non, niſi biduo

bens, ſe veniſſe dicit εἰς αὐτὰς τοῦ ᾅδου πύλας. Vtrumque iungit *Eccleſiaſticus* XVI, 15. Κατάγεις εἰς πύλας ᾅδου καὶ ἀνάγεις. Vides eiusmodi portas mortis in monimentis ſepulchralibus expreſſas, apud *Monteſalconium Antiqu. Expliquée* T. V. P. I. Tab. CXX — CXXIV. Fores aliae hic viſuntur clauſae, ab aquilis geniisque cuſtoditae, valuae aliarum apertae. In ſepulcro Glyconis Mercurius ingreſſus forem alteram recludit, vt animae ingreſſus pateat. De his plura collegit *Iacobus Windato: de vita functorum ſtatu ex Hebraeorum et Graecorum inter ſe comparatis ſententiis*, vnde ſua compilaſſe videtur *Heumannus* ad Matth. XVI.

IDEM.

[1]) Εἴπερ τύχοιεν] Ita omnes libri. Mihi tamen videtur legendum, εἰ περιτύχοιεν. Hic enim ſenſus, εἴ τινι Τυρίῳ περιτύχοιεν, μηδενὶ κατειπεῖν. Nam περιτυχεῖν idem quod συντυχεῖν.

SALMASIVS.

[2]) Προσπεπορευκέναι] Alii: προσπεπορεύκεσαν.

BODEN.

[3]) Οὔπω δὲ οὐδὲ ὁ σὸς πατὴρ] In quibusdam deeſt οὐδέ. Nec videtur agnoſcere Interpres.

SALMASIVS.

[4]) Καὶ τοῦτόν γε — ἡμερῶν] Deſunt

καὶ καταλαμβάνει πεμφθέντα παρὰ 5) τοῦ τῆς Λευκίππης πατρὸς γράμματα, ἅπερ ἔτυχεν μετὰ μίαν ἡμέραν τῆς ἡμετέρας ἀποδημίας κεκομισμένα, δι᾽ ὧν ὁ Σώστρατος ἐγγυᾷ σοι τὴν θυγατέρα. ἐν ποικίλαις δ᾽ ἦν συμφοραῖς ἀναγνοὺς τὰ γράμματα, καὶ τὴν ἡμετέραν 6) ἀκούσας φυγὴν, τὸ μὲν, ὡς τῆς ἐπιστολῆς ἀπολέσας τὸ ἆθλον, τὸ δὲ, ὅτι παρὰ μικρὸν οὕτως ἡ τύχη τὰ πράγματα ἔθηκεν. καὶ γὰρ εἰ θᾶττον ἐκομίσθη τὰ γράμματα, 7) καὶ τῶν μὲν πεπραγμένων οὐδὲν 8) πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἡγήσατό που δεῖν γράφειν. 9) ἀλλὰ καὶ τῆς μητρὸς τῆς κόρης ἐδεήθη τὸ παρὸν ἐπισχεῖν· τάχα γὰρ ἂν αὐτοὺς ἐξευρήσομεν· καὶ οὐ δεῖν τὸ συμβὰν ἀτύχημα μανθάνειν Σώστρατον. ἀσμένως δὲ ὅποι ποτὲ ἂν ὦσιν ὄντες μάθωσι τὴν ἐγγύην, 10) καὶ ἀφίξονται, εἴγε αὐτοῖς ἐξέσται φανερῶς ἔχειν ὑπὲρ οὗ πεφεύγασιν. ἐπολυπραγμόνει δὲ παντὶ σθένει, ποῦ 11) * κεχωρήκατε. καὶ ὡς ὀλίγων 12) πρὸ τούτων ἡμερῶν, ἔρχεται Διόφαντος ὁ Τύριος ἐξ Αἰγύπτου πεπλευκὼς, καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν, ὅτι σε ἐνθάδε ἐθεάσατο· κἀγὼ μαθὼν, ὡς εἶχον, εὐθὺς ἐπιβὰς νεὼς ὀγδόην ταύτην ἡμέραν, πᾶσάν τε περιῆλθον ζητῶν τὴν πόλιν. πρὸς ταῦτα οὖν σοι βουλευτέον ἐστὶν, ὡς τάχα καὶ τοῦ πατρὸς ἥξοντος 13) ἐνταῦθα τοῦ σοῦ.

ΚΕΦΑΛ.

Desunt in quibusdam. BODEN.

5) Παρὰ τοῦ] Ita et edit. prima. Sed Cod. Bauar. περὶ. Quibusdam etiam abest τοῦ. IDEM.

6) Ημετέραν] Alii ὑμετέραν, et in sequentibus alio ordine: ὡς τὸ τῆς ἐπιστολῆς ἀπολέσας ἆθλον. IDEM.

7) Εθηκεν — — γράμματα] Absunt a quibusdam. IDEM.

8) Ουδὲν] C. B. οὐδέ. IDEM.

9) Που δεῖν γράφειν] Quidam: πῶ

duo post, e Palaestina rediit, missasque a Leucippes patre literas inuenit, altero a discessu nostro die allatas, per quas ille tibi filiam spondebat. quibus lectis, ac fuga nostra cognita, vehementer animo commotus est, tum quod te promissum per epistolam lucrum amittere videret, tum quod tam breui eum in locum res a fortuna deductae essent, quorum nihil euenisset, si literae citius allatae fuissent. Quin etiam puellae matrem, vt rem dissimularet, obtestatus est: futurum existimans, vt vos forte inuenirent. Neque vero censebat e re esse, vt infortunium huiusmodi Sostrato innotesceret; illud sibi persuasum habens, vos, quoquo tandem abiissetis, futuras inter vos nuptias intellecturos, redituros que, fugae causam non amplius palam facere veritos. Nunc ille quam diligentissime in id incumbit, vt, quonam profugeritis, scire possit. Nam etiam superioribus proximis diebus ex Aegypto reuersus est Tyrius Diophantes, teque hic vidisse patri tuo significauit. Quam rem ego simul atque intellexi, nulla plane interiecta mora huc aduauigaui: diesque hic octauus est, ex quo te quaerens vrbem istam perlustro. Quam ob rem de patre tuo iamiam affuturo, quid agas, etiam atque etiam vide.

πω γράφων, et paullo post ἐξευρήσωμεν.

IDEM.

10) Ὅπῃ ποτ᾽ ἂν — ἐγγύην] Forte inserenda particula, εἰ μάθωσιν ἐγγύην.

SALMASIVS.

11) Πῆ] Cod. B. ποῖ.

EODEM.

12) Ὀλίγων] Alii ὀλίγον. Et πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν.

IDEM.

13) Ταῦτα — ἥξοντος] Desunt in editione prima, defectu tamen asterisco notato.

IDEM.

ΚΕΦΑΛ. ιαʹ.

Ταῦτα ἀκούσας ἀνῴμωξα ἐπὶ τῇ τῆς τύχης παιδιᾷ· Ω δαίμων, 1) λέγων, νῦν μὲν Σώστρατός μοι Λευκίππην ἐκδίδωσι, καί μοι γάμος ἐκ μέσου πολέμου πέμπεται, μετρήσας ἀκριβῶς τὰς ἡμέρας, ἵνα μὴ φθάσῃ τὴν φυγήν. Ω τῶν ἐξώρων εὐτυχημάτων. ὢ μακάριος ἐγὼ παρὰ μίαν ἡμέραν, μετὰ θάνατον γάμοι, μετὰ θρῆνον ὑμέναιοι. τίνα μοι δίδωσι νύμφην ἡ τύχη; ἣν οὐδὲ ὁλόκληρόν μοι δέδωκε νεκράν; 2) Οὐ θρήνων νῦν καιρὸς, ὁ Κλεινίας εἶπεν· ἀλλὰ σκεψώμεθα, πότερον εἰς τὴν πατρίδα σου νῦν ἀνακομιστέον, ἢ τὸν πατέρα ἐνταῦθα ἀναμενητέον. οὐδέτερον, εἶπον. ποίῳ γὰρ ἴδοιμι προσώπῳ τὸν πατέρα, μάλιστα μὲν οὕτως αἰσχρῶς φυγών; εἶτα καὶ τὴν παρακαταθήκην *αὐτοῦ τ' ἀδελφοῦ διαφθείρας; φεύγειν οὖν ἐντεῦθεν ὑπολείπεται πρὶν ἥκειν αὐτόν. Εν τούτῳ δὴ ὁ Μενέλαος ὑπεισέρχεται, 4) καὶ Σάτυρος μετ' αὐτοῦ, καὶ τόν τε 5) Κλεινίαν περιπτύσσονται, καὶ μανθάνουσι παρ' ἡμῶν τὰ πράγματα. 6) καὶ ὁ Σάτυρος· Αλλ' ἔστιν σοι, ἔφη, καὶ τὰ παρόντα θέσθαι καλῶς, 7) καὶ ἐλεῆσαι ψυχὴν ἐπί σοι φλεγομένην. ἀκουέτω δὴ καὶ ὁ Κλεινίας. ἡ Αφροδίτη μέγα τούτῳ

1) Ω δαίμων] Edit. prima: εὐδαῖμον λέγων. Sic et Cod. Bau. IDEM.

2) Ην οὐδὲ ὁλόκληρόν μοι δέδωκε νεκράν] Desunt in editione prima. IDEM.

3) Ανακομιστέον] Perperam Commel. ἀνακομιτέον. IDEM.

4) Υπεισέρχεται] Alii εἰσέρχεται. IDEM.

5) Τόν τε] Edit. pr. τὸν δε. IDEM.

6) Καὶ μανθάνουσι παρ' ἡμῶν τὰ πράγματα] Μανθάνοντες, in Editione. Pro πράγματα alii libri habent

CAPVT XI.

Quae cum Clinia dixisset, nihil aliud quam fortunae ludibrium defleui: Me miserum, inquiens, hoccine tempore Sostratus Leucippen mihi spondet? Nunc ne mihi medio ex bello vxor datur? nae ille dierum rationem diligenter subduxit: qui non nisi post abitum nostrum nuptias fieri voluit. o felicitates intempestiuas! o me ante vnum illum diem beatum! Nunc Leucippen mortuam spondent. Nunc cum mihi lugendum est, Hymenaeum canere parant. Hei mihi, qualem fortuna sponsam praebet, cuius ne mortuae quidem integrum cadauer mihi concessum fuit. Tum Clinia: Minime, inquit, nunc est conquerendi tempus: considerandum potius, praestet ne in patriam redire, an patrem hic operiri. Neutrum, inquam, placet. Nam qua facie illum intuear, cuius domo tam turpiter fugi? cuiusque fratris depositum abiuraui? Mihi certe aliud nihil superest, nisi vt hinc prius abeam, quam ille adsit. Haec dum inter nos pertractarentur, Menelaus et Satyrus ad nos ingressi sunt: simul ac ambo Cliniam amplexi, et de tota re a nobis certiores facti fuerunt, Satyrum ad me conuersus: Haud contemnenda, Hercule, inquit, occasio nunc tibi sese offert: qua res tuas in tuto facile colloces, animique tui amore deflagrantis vna miserearis:

 nec

habent τὰ πεπραγμένα, vt et Editio. Interpres, *de tota re.* Sic τὰ πράγματα videtur potius legisse, vel τὸ πρᾶγμα.

SALMASIVS.

γ) Τὰ παρόντα θέσθαι καλῶς] Prouerbium est, vel loquendi formula vulgaris, τὸ παρὸν εὖ θέσθαι, cuius mentio apud Platonem in Gorgia. IDEM.

Ἀλλ' ἔστιν σοι. Ex his, quae praecedunt, pronomen σοι deest in ed. pr. et cod. Bau.

BODEN.

δ) Ἐς'

τούτῳ παρέσχεν ἀγαθὸν, ὁ δ' οὐκ ἤθελε λαβεῖν. γυναῖκα γὰρ ἐξέμηνεν ἐπ' αὐτὸν 8) πάνυ καλὴν, ὥςε ἂν ἰδὼν αὐτὴν εἴποις ἄγαλμα, 9) Ἐφεσίαν τὸ γένος, ὄνομα Μελίττην· πλοῦτος πολὺς, καὶ ἡλικία νέα. 10) τέθνηκεν δὲ αὐτῇ προσφάτως ἀνὴρ κατὰ θάλατταν· βούλεται δὲ τοῦτο ἔχειν δεσπότην· οὐ γὰρ ἄνδρα ἐρῶ· καὶ δίδωσιν ἑαυτὴν καὶ πᾶσαν αὐτῆς τὴν οὐσίαν. δι' αὐτὸν γὰρ δύο μῆνας 11) νῦν ἐνθάδε διέτρεψεν, 12) ἀκολουθῆσαι δεομένη. ὁ δὲ οὐκ οἶδα τί παθὼν ὑπερηφανεῖ, 13) νομίζων αὐτῷ Λευκίππην ἀναβιώσεσθαι.

ΚΕΦΑΛ. ιβ'.

Καὶ ὁ Κλεινίας· Οὐκ ἀπὸ τρόπου 1) δοκεῖ μοι, φησὶν, * ὁ Σάτυρος λέγειν. κάλλος γὰρ, καὶ πλοῦτος, καὶ ἔρως εἰ συνῆλθεν ἐπί σε, οὐχ ἕδρας οὐδ' ἀναβολῆς. 2)

τὸ

8) Ἐπ' αὐτὸν] Quidam: ἐπ' αὐτῷ. IDEM.

9) Ἄγαλμα] Inde Petronio: *forma omnibus simulacris emendatior.* Quia simulacra eo tempore a praestantissimis, vt erant, statuariis exactissima atque emendatissima fiebant, adeo, vt excellentes formae compararentur vulgo simulacris. SALMASIVS.

Sic *Euripides* Hecub. 560. Μαςούς τ' ἔδειξε, στέρνα θ' ὡς ἀγάλματος κάλλιστα.

Et PLAVTVS Epidic. Act. V. sc. I.

Vsque ab vnguiculo ad capillum summum est festiuissima,
Estne? considera: signum pictum pulchre videris.

BODEN.

10) Καὶ ἡλικίαι νέα] Lege: πλοῦτος πολὺς καὶ ἡλικία νέα. Et sic libri. Alias legendum esset, πλοῦτον πολὺν, καὶ ἡλικίαν νέαν. SALMASIVS.

Articulus ὁ deest in editione prima, e qua in Salmasianam etiam

nec vero clam te, Clinia, id habendum eſt. Permagnam felicitatem Venus oſtendit; ſed quam ipſe nihil faciendam putet. Atque adeo vt ſcias, mulierem Epheſiam eius amore flagrantem ad inſaniam vſque compulit, forma bona ſane, et quam, cum videas, deae alicui ſimilem iudices. Meliten eam vocant, diuitiis affluentem, atque aetate nondum ſatis matura. Quae cum virum iampridem naufragio amiſerit, hunc ſibi dominum, non enim maritum dicam, praeoptat, eique ſe et fortunas omnes ſuas dedit. Quid, quod eius etiam cauſſa duos hic menſeis conſumpſit, hominem, vt ſe ſequeretur, obteſtans? hic vero eam deſpicit, neque id, quam ob rem faciat, ſciri poteſt, niſi forte Leucippen ſibi a mortuis excitatum iri ſperat.

CAPVT XII.

Tum Clinia: Recte, inquit, Satyrus loqui mihi videtur. Quid enim cunctatione opus ſit, vbi pulchritudo, diuitiae, amor tibi ſeſe offerant? ex quibus ad voluptates per-

fruen-

etiam illud ἡλικίαν irrepſerat.

BODEN.

[11]) Δύο μῆνας] Sed paulo infra in hoc ipſo libro quatuor menſes Alexandriae ſe commoratam eſſe narrat Melitte, p. 337.

BERGER.

[12]) Διέτριψεν] Anglicanus cum Bauar. διέτριψεν.

BODEN.

[13]) Υπερηφανῆ] Hinc et Melitte eum ſuperbam vocat l. c.

BERGER.

[1]) Απὸ τρόπου] Vſus vocabuli huius varius eſt et multiplex, qui ex contexta orationis ſerie debet intelligi, hoc loco vertendum: *non inepte*.

IDEM.

Alii: οὐκ ἄπο τρόπου.

BODEN.

[2]) Οὐχ ἕδρας, οὐδ' ἀναβολῆς] Videtur aliquid deeſſe. Apud Sophoclem, οὐχ ἕδρας ἀκμή. *Non eſſe moram liberam*, dixit poeta eodem ſenſu. Plenius eſſet, οὐχ

τὸ μὲν γὰρ κάλλος ἡδονὴν, ὁ δὲ πλοῦτος τρυφὴν, ὁ δὲ ἔρως αἰδῶ. μισεῖ δὲ ὁ θεὸς τοὺς ἀλαζόνας.[3]) Φέρε πάθητι τῷ Σατύρῳ, καὶ ἵδρυσαι τῷ θεῷ.[4]) Κἀγὼ στενάξας· Ἄγε με,[5]) εἶπον, ὅποι θέλεις, εἰ καὶ Κλεινίᾳ τοῦτο δοκεῖ· μόνον ὅπως τὸ γύναιόν μοι μὴ παρέχῃ πράγματα, ἐπείγουσα πρὸς τὸ ἔργον, ἐς τ' ἂν εἰς Ἔφεσον ἀφικώμεθα. φθάνω γὰρ ἐπομοσάμενος ἐνταῦθα μὴ συνελθεῖν, ἔνθα Λευκίππην ἀπολώλεκα. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Σάτυρος, προστρέχει πρὸς τὴν Μελίττην εὐαγγέλια φέρων. καὶ μικρὸν αὖθις διαλιπὼν ἐπανέρχεται, λέγων, ἀκούσασαν τὴν γυναῖκα ὑφ' ἡδονῆς παρὰ μικρὸν τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι. δεῖσθαι δὲ ἧκεν ὡς αὐτὴν δειπνήσοντα τὴν ἡμέραν γάμων προοίμιον. ἐπείσθην καὶ ᾠχόμην.

ΚΕΦΑΛ. ιγ'.

Η δὲ ὡς εἶδέ με, ἀναθοροῦσα περιβάλλει, καὶ πᾶν μου τὸ πρόσωπον ἐμπίπλησι φιλημάτων. ἦν δὲ τῷ ὄντι καλὴ, καὶ γάλακτι μὲν ἂν εἶπες[1]) αὐτῆς τὸ πρόσωπον

οὐχ ἕδρας, οὐδ' ἀναβολῆς ἔργον. Scilicet et sic dici potest cum ἐλλείψει elegantiore. Ita Latini dicunt, *est operae* pro *est operae pretium*. SALMASIUS.

Omnino supplendum ἔργον, ac legendum ἀμβολῆς, vel ἀμβολᾶς. Est enim versus Bacchylidis apud *Athenaeum*: οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς. L. XIV. Deipnosoph. pag. 631. Sic etiam *Lucianus* in Scytha: οὐχ' ἕδρας τοίνυν, οὐδ' ἀμβολᾶς ἔργον, ὡς ὁ Κῷος φησίν. Maluit poeta Ceus doricam dialectum sequi. BODEN.

[3]) Μισεῖ δὲ ὁ θεὸς τοὺς ἀλαζόνας] *Seneca* in Herc. fur.

Sequitur superbos ultor a
tergo deus.

Cui

fruendas, ad vitam laute peragendam, atque ad existimationem tibi parandam, abunde omnia suppetant. Illud autem in postremis reputandum non est, superbos deo inuisos esse. Ego Satyro fidem habendam censeo, teque deorum voluntati, vt permittas, suadeo. Tum ego suspirans: Agedum, inquam, duc me quo lubet, siquidem ita Cliniae quoque videtur. Tantum, ne muliercula haec molesta mihi sit, rem ante perfici postulans, quam Ephesum peruenerimus. Iuraui enim, nemini me vnquam hic mei copiam facturum, vbi Leucippen amisi. Quibus auditis, Satyrus e vestigio ad Meliten euangelia ferens cucurrit: atque haud ita multo post reuersus, ea re cognita, prae nimia voluptate exanimatam pene concidisse retulit: meque ad illam eo ipso die coenatum ire oportere, vt nuptiarum initium faceremus. Itaque viam ingressus, ad mulierem me contuli.

CAPVT XIII.

Quae simul ac me conspexit, obuiam progressa, complexu, innumerisque dissuauiationibus accepit. Nec erat sane illa non formosa. Nam et aspectus miram quan-

Cui affines locos e Graecis contulit *Stobaeus* serm. XXII. Ibi *Menander*: ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων. Et *Chaeremon*: ὅλως τὸ κρεῖσσον οὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα. Alios eiusdem argumenti *Pricaeus* habet ad Luc. I, 51.

IDEM.

4) Ἵδρυσαι] i. e. Siste te, tamquam deo Amori consecratum.

BERGER.

5) Ἄγε με] Simili modo in isto Cleanthis epigr. sub finem Enchiridii Epicteti legitur:

Ἄγου δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος.

IDEM.

1) Εἴπεις] Forte: εἴποις.

BODEN.

2) Ἀλ-

σωπον κεχρίσθαι,[2]) ῥόδον δὲ ἐμπεφυτεῦσθαι[3]) ταῖς παρειαῖς. ἐμάρμαιρεν * δὲ αὐτῇ τὸ βλέμμα μαρμαρυγὴν Ἀφροδίσιον.[4]) κόμη πολλὴ καὶ βαθεῖα καὶ κατάχρυσος τῇ χροιᾷ, ὥστε ἔδοξα[5]) οὐκ ἀηδῶς ἰδεῖν τὴν γυναῖκα. Τὸ μὲν οὖν δεῖπνον ἦν[6]) πολυτελές· ἡ δὲ ἐφαπτομένη τῶν παρακειμένων, ὡς δοκεῖν ἐσθίειν, οὐκ ἠδύνατο τυχεῖν ὁλοκλήρου τροφῆς, πάντα δὲ ἔβλεπε ἐμέ. οὐδὲν γὰρ ἡδὺ τοῖς ἐρῶσι πλὴν τὸ ἐρώμενον. τὴν γὰρ ψυχὴν πᾶσαν ὁ ἔρως καταλαβὼν, οὐδὲ αὐτῇ χώραν δίδωσι τῇ τροφῇ. ἡ δὲ τῆς θέας ἡδονὴ διὰ τῶν ὀμμάτων εἰσρέουσα,[7]) τοῖς στέρνοις ἐγκάθηται· ἕλκουσα δὲ τοῦ ἐρωμένου τὸ εἴδωλον ἀεὶ, εναπομάσσεται[8]) τῷ τῆς ψυχῆς κατόπτρῳ, καὶ ἀναπλάττει τὴν μορφήν. ἡ δὲ τοῦ κάλλους ἀποῤῥοὴ δι' ἀφανῶν ἀκτίνων ἐπὶ τὴν ἐρωτικὴν ἑλκομένη καρδίαν, ἐναποσφραγίζει κάτω τὴν σκιάν. Λέγω δὴ πρὸς αὐτὴν συνεὶς· Ἀλλὰ σύ γε οὐδενὸς μετέχεις σῶν αὐτῆς;[9]) ἀλλ' ἔοικας τοῖς[10]) ἐν γραφαῖς ἐσθίουσιν. Η δέ· Ποῖον γὰρ ὄψον, ἔφη, μοι πολυτελές; ἢ ποῖος οἶνος τιμιώτερος τῆς σῆς ὄψεως; Καὶ ἅμα λέγουσα κατεφίλει * με, προσιέμενον οὐκ ἀηδῶς τὰ φιλήματα. εἶτα διαχέουσα, εἶπεν· Αὕτη μοι τροφή.[11])

ΚΕΦΑΛ.

[2]) Αὐτῆς τὸ πρόσωπον κεχρίσθαι] Τὸ πρόσωπον αὐτῆς κεχρίσθαι. Palatinus et Anglicanus: αὐτήν. Male. SALMASIVS.

[3]) Εμπεφυτεῦσθαι] Cod. Bau. ἐμπεφυτεῦσθαι, quidam: ἐμπεφυτεῦται. BODEN.

[4]) Ἀφροδίσιον] Alii: Ἀφροδισίαν. SALMASIVS.

[5]) Ωστε ἔδοξα] Male in Editione, vt et Anglicano (Bauarico etiam B.) ὥστε ἔδοξεν. De se enim loquitur. Et recte ita interpres. IDEM.

[6]) Hv

dam ac propemodum Veneri conuenientem prae se ferebat dignitatem: et color in vultu is erat, vt non quidem fuco illitum, sed rosis distinctum, ac lacte diffusum diceres. Capillus ipse densus, auroque non absimilis pendebat: itaque non insuauiter illam contemplari mihi videbar. Interea mensis splendidissimis extructis, coenaturi accubuimus. Melite vero, tametsi ex iis, quae apposita fuerant, nonnunquam sibi aliquid assumeret, tamen nihil prorsus comedebat: sed me vnum tantummodo intentis oculis obseruabat. Mentibus enim nihil aeque suaue est, atque amatam rem intueri. Animam enim totam occupans amor ipsis etiam alimentis aditum obstruit. Voluptas autem, quae in videndo percipitur, per oculos illapsa menti insidet, reique visae imaginem secum raptam animi speculo continenter imprimit, atque effingit: pulchritudinisque fluxio ipsa per occultos radios in amantis pectus dimanans, amatae rei formam insculpit. Illud igitur cum animaduertissem: Quid causae, inquam, est, quamobrem te nihil eorum, quae imperasti, edentem cerno? nae tu pictis conuiuis mihi similis videris. Tum illa: Quodnam mihi lautius, inquit, obsonium, quod vinum preciosius tuo esse aspectu posse putas? Protinusque his dictis me iam non sine voluptate oscula admittente dissuauiata est. dein retrocedens: Tu meum, inquit, oblectamentum es.

CAPVT

6) Ἦν] deest quibusdam. BODEN.

7) Εἰσῄεσαν] Vide supra L. I. Cap. I. et Cap. IX. IDEM.

8) Ἐναπομάσσεται] ἐναπομάττεται. Quod est Ἀττικώτερον. SALMASIVS.

9) Σῶν αὐτῆς] Anglicanus: τῶν σαυτῆς. Et sic editio Palatina. IDEM.

10) Τοῖς] Ed. Commel. ταῖς. BODEN.

11) Τροφή] Legerim: τρυφή. IDEM.

1) Ἐν

ΚΕΦΑΛ. ιδʹ.

Τότε μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦμεν[1]) ἑσπέρας δὲ γενομένης, ἡ μὲν ἐπεχείρει με κρατεῖν ἐκεῖ κοιμηθησόμενον·[2]) ἐγὼ δὲ παρῃτούμην, εἰπὼν ἃ καὶ πρὸς τὸν Σάτυρον ἔτυχον προσαγορεύσας.[3]) μόλις οὖν ἀφίησιν ἀνιωμένη. τῇ δ' ὑστεραίᾳ συνέκειτο[4]) ἡμῖν εἰς τὸ τῆς Ισιδος[5]) ἱερὸν ἀπαντῆσαι, διαλεξομένοις τε ἀλλήλοις καὶ πιστωσομένοις[6]) ἐπὶ μάρτυρι τῇ θεῷ. συμπαρῆσαν δὲ ἡμῖν ὅ, τε Μενέλαος καὶ ὁ Κλεινίας. ὀμνύομεν,[7]) ἐγὼ μὲν ἀγαπήσειν ἀδόλως, ἡ δὲ ἄνδρα ποιήσασθαι, καὶ πάντων ἀποφῆναι δεσπότην. Αρξει δὲ, εἶπον ἐγὼ, τῶν συνθηκῶν ἡ εἰς Εφεσον ἡμῶν ἄφιξις· ἐνταῦθα γὰρ, ὡς ἔφην, Λευκίππης παραχωρήσεις. δεῖπνον οὖν ἡμῖν ηὐτρεπίζετο πολυτελές. καὶ ὄνομα μὲν ἦν τῷ δείπνῳ γάμοι· τὸ δὲ ἔργον συνέκειτο ταμιεύεσθαι. Καί τι μέμνημαι καὶ γελοῖον παρὰ τὴν ἑστίαν[8]) τῆς Μελίττης. ὡς γὰρ ἐπευφήμουν τοῖς γάμοις οἱ παρόντες, νεύσασα *πρός με ἡσυχῇ· Κενὸν, εἶπεν, ἐγὼ μόνη πέπονθα,[9]) καὶ οἷον ἐπὶ τοῖς

[1]) Εν τούτοις ἦμεν] Subaudienda vox πράγμασι. *Artemidorus* I, 23. Οἱ γὰρ ἐν τοιούτοις γενόμενοι. *Qui enim in talibus versantur.* Vid. Lamb. Bos Ellipſ. pag. 284. Quod antecedit μὲν abeſt a cod. Bauar. et edit. pr. IDEM.

[2]) Κοιμηθησόμενον] Ibidem: κοιμησόμενον. IDEM.

[3]) Προσαγορεύσας] Quidam: προσαγορεύσας. IDEM.

[4]) Συνέκειτο]. Sic Editiones. Cod. Bau. συνέκειντο. IDEM.

[5]) Ισιδος] Praefuit enim Iſis amantibus apud Aegyptios, vt *Plutarchus* docet de Iſid. et Oſir. T. II. Opp. p. 377. Hinc Iſiaca ſacra apud *Petron.* c. 140. vbi

CAPVT XIV.

Ac tum quidem hoc modo res habuit. postea vero quam nox aduentauit, mulier secum me nocte illa retinere conata est. Sed cum eadem fere, quae Satyro dixeram, repetendo assentiri nollem, quanquam aegre, ac difficulter, dimissus sum tamen: ac ea lege, vt postridie in Isidis conueniremus. ibique teste Dea, tota de re, inter nos quid futurum esset, constabiliremus. affuimus itaque, Menelao etiam, Cliniaque me comitantibus: iurauimusque ego quidem, per quam sancte me illam amaturum: illa vero, me sibi coniugem ascituram, rerumque suarum omnium dominum habituram. Quae quidem inter nos firmata sunt, vt non ante promissa fierent, quam Ephesum applicuissemus. illic enim, vti antea testatus fueram, Meliten Leucippe cedere volebam. Deinceps mensae conquisitissimis ex cibis cumulatae accumbentes coenauimus: coenaeque illi nuptiale nihil, nisi nomen, fuit: nam reliqua in aliud tempus differre pacti eramus. Porro autem mihi nunc etiam risu dignum nescio quid a Melite inter coenandum dictum fuisse, in mentem venit. Nam simul ac nuptiis, qui aderant, bene precati sunt, Melite clam mihi annuens: Ego, inquit, inane quiddam sola

vbi vulgo legitur: Pygiciaca sacra. Vide Valesiana pag. 179.
IDEM.

6) Διαλεξαμένοις τε ἀλλήλοις καὶ πιστωσαμένοις] Editio prima cum Bau. cod. διαλεξαμένους τε ἀλλήλους καὶ πιστωσαμένους.
IDEM.

7) Ὀμνύομεν] Quidam: Καὶ ὠμνύομεν.
IDEM.

8) Ἑστίων] Alii: ἐσθίων.
IDEM.

9) Κενὸν ἐγὼ μόνη πέπονθα] *Ego sola inane quiddam passa sum.* Melites iocus ad Clitophontem. Πάσχειν, obscenae significationis vocabulum. *Demosthenes*, περὶ στεφάνου, p. 331. ἣν (scilicet matrem Aeschinis, Glau-

τοῖς ἀφανέσι ποιοῦσι νεκροῖς. κενοτάφιον μὲν γὰρ εἶδον, κενογάμιον [10]) δὲ οὔ. Ταῦτα μὲν οὖν ἔπαιζε σπουδῇ.

ΚΕΦΑΛ. ιε′.

Τῇ δὲ ἐπιούσῃ στελλόμεθα πρὸς ἀποδημίαν· κατὰ τύχην δὲ καὶ τὸ πνεῦμα ἐκάλει ἡμᾶς. [1]) καὶ ὁ Μενέλαος μέχρι τοῦ λιμένος [2]) ἐλθὼν, καὶ ἀσπασάμενος, εὐτυχεστέρας εἰπὼν [3]) νῦν ἡμᾶς τυχεῖν τῆς θαλάσσης, ἀπετράπετο αὖθις, νεανίσκος πάνυ χρηστὸς καὶ θεῶν ἄξιος, καὶ ἅμα δακρύων ἐμπεπλησμένος, καὶ ἡμῖν δὲ πᾶσι κατεφέρετο δάκρυα. τῷ δὲ Κλεινίᾳ ἐδόκει μή με καταλιπεῖν, ἀλλὰ μέχρις Ἐφέσου συμπλεύσαντα, καί τινα χρόνον διατρίψαντα τῇ πόλει, ἐπανελθεῖν, εἰ τὰ ἐμὰ ἐν καλῷ κείμενα καταμάθοι. Γίνεται δὴ κατ' οὐρὰν ἡμῶν ὁ ἄνεμος· ἑσπέρα τε ἦν, καὶ δειπνήσαντες ἐκείμεθα κοιμησόμενοι. ἰδίᾳ δὲ ἐμοὶ [4]) καὶ τῇ Μελίττῃ καλύβη τις ἦν ἐπὶ τοῦ σκάφους περιπεφραγμένη. βαλοῦσαι

Glaucotheam,) Ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην, ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν δηλονότι ταύτης τῆς ἐπωνυμίας τυχοῦσαν. *Wolfius* vertit: *quod omnia faceret et pateretur. Patiuntur, qui non repugnant, quum tamen possent.* Hinc Latina ciuitate donatum *pathicus.* In Priapeiis: *puella pathica.* Apud Catullum, scio: *Aureli pathice, et cinaede Furi.* Et alio loco memini: *Mamurrae, pathicoque Caesarique.* Κενὸν πάσχειν, *quod aliquam speciem et nomen; rei nihil habet.* Clitophon, apud nostrum: καὶ ὄνομα μὲν ἦν τῷ δείπνῳ γάμοι· τὸ δὲ ἔργον συνέκειτο ταμιεύεσθαι. Τὸ ἔργον *concubitus*, res, propter quam fiunt nuptiae. Hinc intellige, quae statim Melite adiicit:

la passa sum. Vt enim iis, quorum cadauera humanda nusquam reperiuntur, inanes tumuli extrui solent: sic inanes mihi nuptias esse animaduerto: atque hoc quidem pacto mulier callide iocabatur.

CAPVT XV.

Postridie vento secundo inuitati Alexandria soluimus: Menelausque ad littus nos vsque sequutus, et data acceptaque salute, prosperam nobis nauigationem precatus, discessit, adolescens probus sane, ac pene diuinus: qui, cum lachrymarum plenus recederet, nobis omnibus pariter lachrymas excussit. Clinia me deserere indignum ratus, Ephesum vna mecum proficisci voluit, vt ibi tantisper moraretur, dum res meas in tuto esse prospiceret. Sed cum iam prospero cursu nauis nostra ferretur, noxque appropinquasset, ac cibo sumto, vix cubiculum, quod vtrique nostrum commune in naui adornatum fuerat, dormitum intrauissemus, Melite me complexa suauiari, nuptiasque repetere coepit: Nunc quidem certe, inquiens, extra Leucippes fineis

iicit: κενοτάφιον μὲν γὰρ εἶδον, κενογάμιον δὲ οὔ. Quod paullo infra, pag. 347. sic exprimit: τίς αὕτη τῶν γάμων ἡ σκιά.

CARPZOVIVS.

10) Κενογάμιον] Vocabulum ioci caussa recens cusum ab ipso auctore. BODEN.

1) Τὸ πνεῦμα ἐκάλει ἡμᾶς] Ita poetae: *Zephyrus vela vocat.* SALMASIVS.

2) Μέχρι τοῦ λιμένος] In Anglicano, μέχρι τῶν λιμένων. Atque ita etiam fuit in Palatino, vt Editio iudicio est.

IDEM.

3) Εἰπὼν] Deest in edit. prima et Cod. Bau.

BODEN.

4) Ἐμοὶ] Cod. Bau. ἐμοί τι.

IDEM.

5) Βα-

λοῦσα 5) οὖν με κατεφίλει καὶ ἀπῄτει τὸν γάμον· Νῦν μὲν, λέγουσα, Λευκίππης τοὺς ὅρους ἐξήλθομεν, καὶ τῶν σῶν 6) συνθηκῶν τοὺς ὅρους ἀπειλήφαμεν· ἐντεῦθεν ἡ προθεσμία. Τί δεῖ με 7) νῦν εἰς Ἔφεσον περιμένειν; ἄδηλοι * τῆς θαλάσσης αἱ τύχαι, ἄπιστοι τῶν ἀνέμων αἱ μεταβολαί. πίστευσόν μοι, Κλειτοφῶν, καίομαι. ὄφελον ἠδυνάμην δεῖξαι τὸ πῦρ. ὄφελον εἶχον τὴν αὐτὴν φύσιν τῷ κοινῷ τοῦ ἔρωτος πυρὶ, ἵνα σοι περιχυθεῖσα κατέφλεξα. νῦν δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις τοῦτο μόνον τὸ πῦρ ἰδίαν ὕλην ἔχει, καὶ ἐν ταῖς περὶ τοὺς ἐραστὰς συμπλοκαῖς ἀνακαιόμενον λάβρον τῶν συμπλεκομένων φείδεται. ὦ πυρὸς μυστικοῦ· πυρὸς ἐν ἀποῤῥήτῳ δᾳδουχουμένου· πυρὸς τοὺς ὅρους αὐτοῦ φυγεῖν μὴ θέλοντος. μυηθῶμεν 8) οὖν, ὦ φίλτατε, τὰ τῆς Ἀφροδίτης μυστήρια.

ΚΕΦΑΛ. ιϛ'.

Κἀγὼ εἶπον· Μή με βιάσῃ λῦσαι 1) θεσμὸν ὁσίας νεκρῶν. οὔπω τῆς ἀθλίας ἐκείνης τοὺς ὅρους παρήλθομεν, ἕως ἂν γῆς ἐπιβῶμεν ἑτέρας. οὐκ ἤκουσας ὡς ἐν θαλάσσῃ τέθνηκεν; ἔτι πλέω Λευκίππης τὸν τάφον. τάχα που περὶ τὴν ναῦν· αὐτῆς εἱλεῖται τὸ εἴδωλον. 2) λέγουσι δὲ τὰς ἐν ὕδατι ψυχὰς ἀνηρημένας, μηδὲ εἰς ᾅδου

5) Βαλοῦσα] Idem: περιβαλοῦσα. IDEM.

6) Σῶν] In eodem deest. IDEM.

7) Τί δεῖ με] Idem alio ordine: Τί με δεῖ. IDEM.

8) Μυηθῶμεν] *Fr. Pithoeus* ad Petronii Cap. 140. hunc locum excitans legit: Μυηθῶμεν. Ego vero praefero, quod editum est, ob ea, quae sequuntur, μυστήρια. IDEM.

1) Μή με βιάσῃ λῦσαι] In Anglicano: μή με βίᾳ συλῆσαι. Ita videtur legisse interpres, qui, *iusta interuertere mortuorum*, vertit.

fineis egressi sumus: ac pactos iam terminos tenemus: haec praestituta dies est. Quid nunc, donec Ephesum peruenerimus, differre oportet? An nescis dubios maris euentus, insidasque ventorum mutationes esse? vror, mihi crede, Clitophon, vror: atque vtinam ardoris magnitudinem palam facere liceret: vtinam ea in me, quae in amoris igne, vis esset, vt complexuum meorum contactu flammam in te immittere valerem. Sed meus hic ignis diuersam quandam ab aliis vim sortitus est. Nam cum inter amantium complexus vehementissime alii feruere soleant, meus hic nobis mutuo in complexu iacentibus parcit. o ignem arcanum! o ignem in abdito relucentem! o ignem suas ipsius leges transgredi nolentem! at nos, o charissime Clitophon, cur non tandem Veneris sacris initiamur?

CAPVT XVI.

Tum ego: Ne me, inquam, mortuorum iusta interuertere adigas: neque enim miserae illius puellae fineis praeteruectos nos esse dicendum est, nisi cum alias tenuerimus terras. annon eam in mari vitam reliquisse audiuisti? Leucippes sepulchrum est maris amplitudo haec, per quam ferimur. Quid vero scis? an non fieri posse putas, vt circum nauim

vertit. Et paulo post idem Anglicanus, cum editione Palatina habet: ὡς ἐν πελάγει τέθνηκεν. SALMASIVS.

²) Εἴδωλον] Minitatur abeunti Aeneae interemtura se Dido apud *Virgilium* Aeneid. IV, 384.

— — *Sequar atris ignibus absens:*
Et quum frigida mors anima seduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero. Dabis, improbe, poenas.
BODEN.

⁵) Εἰς

ᾅδου 3) καταβαίνειν ὅλως, ἀλλ᾽ αὐτοῦ περὶ τὸ ὕδωρ ἔχειν τὴν πλάνην, καὶ ἐπισχήσεται τάχα ἡμῖν συμπλεκομένοις. * ἐπιτήδειον δέ σοι δοκεῖ καὶ τὸ χωρίον εἶναι πρὸς γάμον; γάμος ἐπὶ κύματος, γάμος ὑπὸ 4) θαλάσσης φερόμενος; θάλαμον ἡμῖν θέλεις γενέσθαι μὴ μένοντα; Σὺ μὲν, ἔφη, σοφίζῃ, φίλτατε· πᾶς δὲ τόπος τοῖς ἐρῶσι θάλαμος, οὐδὲν γὰρ ἄβατον τῷ θεῷ. 5) ἐν θαλάσσῃ δὲ μὴ καὶ οἰκειότερόν 6) ἐστιν ἔρωτι καὶ Ἀφροδισίοις μυστηρίοις; θυγάτηρ Ἀφροδίτη Θαλάσσης· 7) χαριστώμεθα τῇ γαμηλίῳ θεῷ, τιμήσωμεν αὐτῆς γάμῳ τὴν μητέρα. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τὰ παρόντα γάμων εἶναι σύμβολα. ζυγὸς 8) μὲν οὕτως ὑπὲρ κεφαλῆς κρεμάμενος, δεσμοὶ δὲ περὶ τὴν κεραίαν

3) Εἰς ᾅδου] Correctum in codice εἰς ᾅδην. Sed Attici eleganter omittunt οἶκον vel δόμον, quod *Homerus* nonnumquam supplet. Sic in *Anthologia Graeca* L. III. c. 12. ep. 22. *Meleager :*

Δωρῶμαι στοργᾶς λείψανον εἰς ἀΐδου.

Plenius *Pallades* habet l. c. epigr. 34.

Κατέβη δόμον εἰς ἀΐδαο.

Adde *Euripid.* Alceſt. v. 25.

Ἱερῆ θανόντων, ὅς νιν εἰς ᾅδου δόμους
Μέλλει κατάξειν.

Lambertus locum ex Euſtathio adfert ad Odyſſ. K. qui notat: ἔχει δὲ καὶ τὸ εἰς ἄϊδος, ἔλλειψιν Ἀττικὴν τοῦ δόμου. Video tamen hanc Ellipſin apud Hebraeos etiam reperiri, a quibus אל־מות *ad mortis* ſcriptum offendis pro אל־חדרי־מות *ad domos mortis*. Vid. *Prouerb.* II, 18. coll. VII, 27. et *Palairet.* ad Act. II, 26. IDEM.

4) Ὑπὸ] Ita rectius, quam in Commel. ἀπό. IDEM.

5) Ἄβατον τῷ θεῷ] Ita *Longus* ſub init. L. III. Poemen. Ἔρωτι δὲ ἄρα πάντα βάσιμα, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ σκυθικὴ χιών. Eſt et Ἔρως θαλάττιος ap. *Luc.* in Encom. Demoſthenis. IDEM.

6) Ἐν θαλάσσῃ δὲ μὴ καὶ οἰκειότερόν

nim hanc simulachrum illius erret? Animas enim eorum, qui in aquis pereunt, non omnino quidem ad inferos descendere, sed propter aquas circumferri aiunt. Ac fortasse nobis hic complicatis imminebit. Caeterum idoneusne tibi ad nuptias conficiendas locus hic videtur? rectene tu illas inter fluctus, marisque iactationes fieri arbitraris? an tu ab instabili nuptias nostras toto auspicari nos debere censes? Tum Melite: Scite mecastor, inquit, argutaris: veruntamen locum ego quemlibet pro thalamo amantibus esse arbitror. Amori enim Deo nullus praeclusus locus est. Quinetiam arcanis eius familiarissimam sedem esse mare accipimus. quid quod Maris Venus est filia, vt non ingratam nuptiarum deae rem facturos nos existimem, si matri eius hoc honoris habuerimus, vt quae ad perficiendas nuptias restant hic consummemus.

τιςόν] Ita omnes libri. Distinctione iuuandus atque allenandus locus, qui sic iacet. Ἐν θαλάσσῃ δέ; μὴ καὶ οἰκειότερόν ἐστιν ἔρωτι καὶ Ἀφροδισίοις μυστηρίοις; *In mari vero? Num locus aliquis magis idoneus amori ac Veneris sacris?*

SALMASIVS.

Sanus etiam sensus est, omissis illis μὴ καὶ, quae Bauaricus codex non habet. Tunc autem signa interrogationis delenda.

BODEN.

7) Θυγάτηρ Ἀφροδίτη θαλάσσης] Eodem se argumento confirmat Leander, ad amatam tranans fretum apud *Musaeum* v. 249.

Ἀγνώσσεις, ὅτι Κύπρις ἀπόσπορός ἐστι θαλάσσης;

Ad quem versum *Pareus* multitudinem locorum cumulauit, hunc *Tatii* etiam illustrantium, quibus vnicum addo ex Paridis ad Helenam epistola. *Ouid.* Heroid. ep. 16, 23.

Illa dedit faciles auras ventosque secundos:
In mare nimirum ius habet orta mari.

IDEM.

8) Ζυγὸν] Sunt quidem ligna rotunda, a prora ad puppim ambi-

κεραίαν τεταμένοι. καλά γε, ὦ δέσποτα, τὰ μαντεύματα· ὑπὸ ζυγὸν ὁ θάλαμος, καὶ κάλοι δεδεμένοι· ἀλλὰ καὶ πηδάλιον τοῦ θαλάμου πλησίον. 9) ἰδοὺ τοὺς γάμους ἡμῶν ἡ τύχη κυβερνᾷ· νυμφοστολήσουσι 10) δὲ ἡμᾶς Ποσειδῶν καὶ Νηρεΐδων χορός. ἐνταῦθα γὰρ καὶ αὐτὸς Ἀμφιτρίτην γαμεῖ. 11) λιγυρῶς δὲ συρίζει 12) περὶ τοὺς κάλους καὶ τὸ πνεῦμα. ἐμοὶ μὲν ὑμεναίων ᾄδειν 13) δοκεῖ τὰ τῶν ἀνέμων αὐλήματα· 14) ὁρᾷς δὲ καὶ τὴν ὀθόνην κεκυρτωμένην, *ὥσπερ ἐγκύμονα γαστέρα. δεξιόν μοι καὶ τοῦτο τῶν οἰωνισμάτων. ἔσῃ μοι ταχὺ καὶ πατήρ. Ἰδὼν οὖν αὐτὴν σφόδρα ἐγκειμένην· Φιλοσοφήσωμεν, εἶπον, ὦ γύναι, μέχρι λαβώμεθα γῆς. ὄμνυμι γὰρ

ambitu suo nauem continentia, ζωστῆρες appellata; quorum pars ima dicebatur θάλαμος, media ζυγὰ, suprema θρᾶνος, vt *Pollux* Lib. I. sect. 87. testatur: Τὰ δὲ μέσα τῆς νεὼς, ζυγὰ, οὗ οἱ ζύγιοι κάθηνται. Dubito tamen, vtrum hic Melitte ad illa iuga respiciat, propter illa, quae sequuntur: ὑπὲρ κεφαλῆς κρεμάμενος. Structura nauis potius docet, iugum mulieri videri potuisse antennam, ceruchis ex vtroque cornu ad malum religatam, quod aliquam iugi similitudinem ostendit. Vide nauis iconem apud *Schefferum* sub finem libri II. ibique litteras k et c. Quodcunque vero nauis iugum in animo habuerit sperata sponsa, alludit tamen ad Iunonem Ζυγίαν, *Iugam* s. *Pronubam*, nuptiis praesidentem, cuius imaginem a me visam puto inter monumenta Brixiana, vnde *Montefalconius* descripsit Supplem. T. I. tab. 21. n. 3. Matrimonium contrahentibus iugum imponebatur, teste *Seruio* ad Aeneid. IV, 16.

IDEM.

9) Πηδάλιον] Vel gubernaculum laetum omen putat Melitte. Sensus: Sicut gubernaculo nauis regitur, ita et nostras Fortuna nuptias quasi temone guber-

mus. nam et iugum, et quae circum antennam posita vincula sunt, nuptiarum praesentiae mihi omnino signa videntur esse. an non optimum, o here, auspicium putandum est, sub iugo thalamum inire, rudentibus inter se colligatis, et gubernaculo prope collocato? argumento est id quidem, nuptias a fortuna nostras gubernari. Ecce autem et Neptunus, is Amphitriten in mari vxorem duxit et Nereidum chori nos comitabuntur, ipsaque ventorum tam suauiter circa rudentes obstrepentium murmura hymenaeum canere mihi videntur. Annon tu quoque velum istud, quasi praegnantem vterum, intumescere cernis? quod ego sane boni ominis loco mihi duco, hinc futurum coniectans, vt iamiam pater futurus sis. Itaque cum illam ad id tam propensam viderem, Philosophemur, inquam, o mulier, tantisper dum terram attingamus.

gubernat. Caeterum haec omnia nimis argute dicta sunt, quamquam personae amore flagranti aptissima.

BERGER.

Nescio, quid legerit interpres, πηδάλιον vertens *malum*. Gubernaculum, fortunae attributum, adparet in *Lipperti* Dactyliotheca Millen. I. 701 — 707. item in *Montefalconii* Ant. Expl. T. I. P. II. T. 196, 197, 198.

BODEN.

10) Νυμφοστολήσουσι] Simili modo Neptunus, tamquam pronubus, vna cum Amphitrite, fingitur praeiuisse Iouem cum Europa per mare tranantem, a *Nonno* Dionys. I, 61. seqq. et *Luciano* marin. dial. extr.

IDEM.

11) Γαμεῖ] *Claudianus* de raptu Proserpinae L. I.

— — *Nereia glauco*
Neptunum gremio complectitur Amphitrite.

IDEM.

12) Λιγυρῶς δὲ συρίζει] Anglicanus et Palatinus, λιγυρὸν δὲ συρίζει.

SALMASIVS.

13) Ἄγειν] Pro ᾄδειν fortasse.

BERGER.

14) Αὐλήματα] *Longus* Pastor L. I. p. 236. ed. Commel. Εἴκασεν ἄν τις καὶ τοὺς ποταμοὺς ᾄδειν, ἠρέμα ῥέοντας καὶ τοὺς ἀνέμους συρίτ-

γάρ σοι τὴν θάλατταν αὐτήν,[15]) καὶ τὴν τοῦ πλοῦ τύχην, ὡς ἐσπούδακα καὶ αὐτός. ἀλλ' εἰσὶ καὶ θαλάσσης νόμοι. πολλάκις ἤκουσα παρὰ τῶν ναυτικωτέρων, καθαρὰ δεῖν Ἀφροδισίων εἶναι τὰ σκάφη, τάχα μὲν, ὡς ἱερὰ τάχα δὲ, ἵνα μή τις ἐν τηλικούτῳ κινδύνῳ τρυφᾷ. μὴ ἐνυβρίσωμεν, ὦ φιλτάτη, τῇ θαλάσσῃ,[16]) μηδὲ συμμίξωμεν γάμον ὁμοῦ καὶ φόβον, τηρήσωμεν ἑαυτοῖς καθαρὰν τὴν ἡδονήν. ταῦτα λέγων καὶ μειλισσόμενος τοῖς φιλήμασιν ἔπειθον, καὶ τὸ λοιπὸν οὕτως ἐκαθεύδομεν.

ΚΕΦΑΛ. ιζ'.

Πέντε δὲ τῶν ἑξῆς[1]) ἡμερῶν διανύσαντες τὸν πλοῦν ἥκομεν εἰς τὴν Ἔφεσον. Οἰκία μεγάλη καὶ πρώτη τῶν ἐκεῖ· θεραπεία πολλή,[2]) καὶ ἄλλη παρασκευὴ πολυτελής. κελεύει δὴ δεῖπνον ὡς ὅτι εὐπρεπέστατον ἑτοιμάζειν. Ἡμεῖς δὲ τέως, ἔφη, χωρήσωμεν εἰς τοὺς ἀγρούς. ἀπεῖχον * δὲ τῆς πόλεως σταδίους τέτταρας. ἐπικαθίσαντες οὖν ὀχήματι, ἐξήλθομεν. καὶ ἐπεὶ τάχιστα παρεγενόμεθα,[3]) διεβαδίζομεν τοὺς ὀρχάτους τῶν φυτῶν, καὶ ἐξαίφνης

συρίττων τοῖς πίτυσιν ἐμπνέοντας. BODEN.

15) Ὄμνυμι γάρ σοι τὴν θάλατταν αὐτὴν] Iuramentum nauticum per maria, teste *Seruio* ad Aeneid. VI, 351. vbi Palinurus, respondens Aeneae ait:
— — *maria omnia* (alii *aspera*) *iuro.*

Vid. *Io. Bapt. Hansenius* de Iureiurando veterum C. XVIII. IDEM.

16) Τῇ θαλάσσῃ] Editio Commel. θαλάσσην. IDEM.

1) Τῶν ἑξῆς] Eadem τῇ ἑξῆς. IDEM.

2) Θεραπεία πολλὴ] *Numerosum*

mus. Illud autem tibi ego per mare ipsum, et per nauigationis huius euentum iuro, non alio me, quam te, desiderio teneri. Sed sunt suae ipsius maris leges: de nautis enim persaepe audiui, naueis a venereis congressibus puras esse oportere, siue quod sacrae sint, siue quod minime deceat inter ea, quae mari semper impendent pericula quenquam lasciuius oblectari. Ne igitur mari maculam hanc inuramus, neu nuptiis terrorem immisceamus, aut, quo minus harum nobis solidum gaudium sit, nosmet in causa simus. Quae cum dixissem, osculis identidem subblandiens, mulierem in meam sententiam pertraxi: atque ita, quae noctis reliquum erat, somno dedimus.

CAPVT XVII.

Liceat ὄχημα in ὄχευμα mutare, et sensus hic erit, retenta in caeteris codicum lectione: ἤμελλε (Leucippe) τῇ Μελίττῃ παρέχειν ὄχευμα. *Volebat Melittae coitum parare*, i. e. herbis suis volebat efficere, vt vir cum Melitte coiret. BODEN.

3) Καὶ ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὸν πότον ἦμεν] Sic legimus ex coniectura, quum omnes libri habeant ἐπὶ τὸν τόπον, transpositis litteris pro πότον. Πότος hoc loco conuiuium, prandium, coena, εὐωχία, δεῖπνον, ἄριστον. Ita legendum, ostendit, quod sequitur, ἄρτι κατακλιθέντων ἡμῶν. SALMASIUS.

Retinui veram lectionem codicum, τόπον, qui *locus* est *accumbentium*. Plut. in Sympos. L. I. c. 3. Περὶ τῶν τόπων ἰκέτου ζήτησις. ἄλλοι γὰρ ἄλλοις ὑπομοι. Ibidem ὁ μεσαίτατος τόπος, ὁ πρῶτος τόπος, ὁ τῆς μέσης κλίνης τελευταῖος. Conuenit nimirum τόπος cum τοποκλισία. BODEN.

4) Κα-

tumultus ingens concursusque repentinus iuxta aedium partem illam, in qua viri degebant, exauditus est: e vestigioque seruorum vnus prae cursus festinatione spiritum aegre ducens, introiuit, Thersandrumque viuere atque adesse nunciauit. Erat is Melites coniux, quem naufragio periisse putabant. Atque haec a nonnullis illius domesticis, qui cum eo nauigauerant, fracta naui semotis, eumque diem obiisse arbitrantibus, fama dimanauerat. Vix autem seruus ea locutus fuerat, cum Thersander illum subsecutus, coenaculum subito intrauit: accelerabat enim, vt me, de quo sub ipsum statim aduentum suum omnia cognouerat, deprehenderet. Melite quanquam repentino casu turbata est, maritum tamen amplecti voluit, sed eam ille magna vi repulit, in meque oculos conuertens: Hiccine, inquit, adulter est? Protinusque facto in me impetu, iracundia exardens, plagam maxillae intulit: mox capillis abreptum atque ad terram proiectum totum verberibus confecit:

4) Κατὰ τὸν ἀνδρῶνα] Ita Editio et Anglicanus. In aliis περὶ τῶν ἀνδρῶν. Sed corrupte pro περὶ τὸν ἀνδρῶνα. Triclinium, vel τρίκλινον οἶκον eumdem esse cum androne, supra docuimus. *Suidas* Ἀνδρόδομος, τρίκλινος. Ita legendum, non ἀνδρόδρομος. Ἀνδρόδομος idem, quod ἀνδρών, τῶν ἀνδρῶν οἴκημα. SALMASIUS.

5) Κατὰ ποδῶν] Cod. Bauar. κατὰ πόδας. BODEN.

6) Ἔπεισιν φθάσας] In Editione, quam lectionem et Anglicanus praefert, ἔπεισιν φθάσαν. SALMASIVS.

7) Καὶ ῥαπίζει με κατὰ κόῤῥης] Non Attica haec loquutio, sed ex Attica simul et Alexandrina composita. Nam Alexandrini dicebant ῥαπίζειν et ῥάπισμα, quod Atticis κατὰ κόῤῥης παίειν. De quo nos in notis ad Euangelium, vbi Hellenisticam iugulabimus. IDEM.

Similem descriptionem habet infra L. VIII. C. I. BODEN.

8) Ἀγρό-

πίπτων κατακόπτει με πληγαῖς. ἐγὼ δὲ ὥσπερ ἐν μυστηρίῳ μηδὲν, μήθ᾽ ὅς τις ὁ ἄνθρωπος ἦν, μήθ᾽ οὗ χάριν ἔτυπτεν, ὑποπτεύσας δή τι κακὸν εἶναι, 9) ἐδεδοίκειν ἀμύνασθαι, καί τοι δυνάμενος. ἐπεὶ δὲ ἔκαμεν, 10) ὁ μὲν τύπτων, ἐγὼ δὲ φιλοσοφῶν, λέγω πρὸς αὐτὸν ἀναστάς· Τίς εἶ ποτε ὦ ἄνθρωπε; 11) καὶ τί με οὕτως ᾐκίσω; Ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον ὀργισθεὶς ὅτι καὶ φωνὴν ἀφῆκα, ῥαπίζει πάλιν, 12) καὶ καλεῖ δεσμὰ καὶ πέδας. 13) δεσμεύουσιν οὖν με καὶ ἄγουσιν εἰς τι δωμάτιον.

ΚΕΦΑΛ. κδ΄.

Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, λανθάνει μου διαῤῥυεῖσα ἡ τῆς Λευκίππης ἐπιστολή· ἔτυχον γὰρ αὐτὴν εἴσω τοῦ χιτωνίσκου *προσδεδεμένην ἐκ τῶν τῆς ὀθόνης θυσάνων 1) ἔχων. καὶ ἡ Μελίττη ἀναιρεῖται λαθοῦσα· ἐδεδίει γὰρ μή τινα τῶν πρός με αὐτῆς γραμμάτων ἦν. ὡς δὲ ἀνέγνω καθ᾽ ἑαυτὴν γενομένη, καὶ τὸ τῆς Λευκίππης εὗρεν ὄνομα, βάλλεται μὲν τὴν καρδίαν, 2) εὐθέως γνωρίσασα τοὔνομα· οὐ μὲν αὐτὴν ἐνόμιζεν εἶναι, τῷ πολλάκις αὐτὴν ἀκοῦσαι τετελευτηκέναι.

8) Ἀράσσει πρὸς τοὔδαφος. In aliis ῥάσσει. An ῥήσσει; Nam ῥήσσειν est etiam καταβαλεῖν, *deiicere, solo allidere.* Verbum palaestrae. SALMASIUS.

9) Ὑποπτεύσας δή τι κακὸν εἶναι] Melius, ὑποπτεύσας δέ τι κακὸν εἶναι. IDEM.

10) Ἔκαμεν] *Terent.* Adelph. II, 2. ubi Sannio: *Numquam vidi iniquius certationem comparatam, quam haec hodie inter nos fuit: Ego vapulando, ille verberando usque, ambo defessi sumus.* BODEN.

11) Τίς εἶ ποτε, ὦ ἄνθρωπε] Τίς ποτε εἶ, ὦ ἄνθρωπε. SALMASIUS.

12) Ῥαπίζει πάλιν] id est, κατὰ κόρρης παίει. Sic melius, quam supra, ῥαπίζει κατὰ κόρρης. IDEM.

confecit. Ego quaſi ſecluſis ſacris intereſſem, non modo quis eſſet, aut quam ob rem me caederet, non rogaui, ſed ne verbum quidem proferre auſus ſum. Verum id, quod res erat, mecum reputans, etſi maxime contra niti poteram, tamen id facere veritus fui. Tandem cum ille verberando, ego ratiocinando feſſi eſſemus, ſurgens: Quis tu, inquam, es? cur me tam contumelioſe caedis? At ille, propterea quod vocem miſiſſem, iratior multo factus, manus iterum mihi iniecit, vinculaque et compedes popoſcit: quibus conſtrictum me in cubiculum quoddam coniecit.

CAPVT XXIV.

Interea factum eſt, vt Leucippes epiſtola, quam forte tunicae adalligatam habebam cirris interulae, imprudenti mihi exciderit, eamque Melite clam ſuſceperit, verita, ne qua ex ſuis eſſet ad me literis: ſed non multo poſt, cum ſola eſſet, tota de re, Leucippes nomine inuento, certior facta, prorſus exanimata eſt: non tamen eam eſſe credidit, quam ruri compereramus: propterea quod ſublatam e vi-

 uis

13) Καὶ καλεῖ δεσμὰ καὶ πέδας] Idiotiſmus linguae. Καλεῖ δεσμὰ, *clamat vincula* et *compedes*, id eſt, adferri iuſſit. Sic *clamare ſeruum*, vocare Martiali et venire iubere. *Clamare aquam*, ad incendium, Propertio.

IDEM.

1) Προσδεδεμένην ἐκ τῶν τῆς ἐσθῆτος θυσάνων] *quam adalligatam habebam cirris interulae.* Interulas cirratas geſtabant veteres, θυσανωτάς. De quibus in commentario de re veſtiaria. Interpres haec non expreſſit.

IDEM.

2) Βάλλεται μὲν τὴν καρδίαν] *Simo Terentianus Andr.* A. I. Sc. I. 98. *Percuſſit ilico animum. Lucret.* L. I. 13. *Percuſſae corda tua vi.*

BODEN.

3) Πρo-

ὡς δὲ προϊοῦσα,[3]) καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν γεγραμμένων ἐνέτυχεν, πᾶσαν μαθοῦσα τὴν ἀλήθειαν, ἐμεμέριστο πολλοῖς ἅμα τὴν ψυχὴν, αἰδοῖ, καὶ ὀργῇ, καὶ ἔρωτι καὶ ζηλοτυπίᾳ. ᾐσχύνετο τὸν ἄνδρα, ὠργίζετο τοῖς γράμμασι. ὁ ἔρως ἐμάραινε[4]) τὴν ὀργὴν, ἐξῆπτε τὸν ἔρωτα ἡ ζηλοτυπία, καὶ τέλος ἐκράτησεν ὁ ἔρως.

ΚΕΦΑΛ. κε΄.

Ἦν δὲ πρὸς ἑσπέραν, καὶ ἔτυχεν ὁ Θέρσανδρος ἐκ τῆς πρώτης ὀργῆς πρός ἑταῖρόν τινα τῶν ἐγχωρίων ἐκθορών. ἡ δὲ διαλεχθεῖσα τῷ τὴν φυλακὴν τὴν ἐμὴν πεπιστευμένῳ, εἰσέρχεται πρός με λαθοῦσα τοὺς ἄλλους θεράποντας, δύο τοῦ δωματίου προκαθίσασα, καὶ καταλαμβάνει χαμαὶ καταβεβλημένον. Παραστᾶσα [1]) οὖν, πάντα ἤθελεν εἰπεῖν· ὁμοῦ τὸ σχῆμα τοῦ προσώπου τοσαῦτα εἶχεν, ὅσα εἰπεῖν ἤθελεν. Ὦ δυστυχὴς * ἐγὼ, καὶ ἐπὶ τῷ ἐμαυτῆς κακῷ τεθεαμένη σε τὸ μὲν πρῶτον, ἀτέλεστα ἐρασθεῖσα καὶ μετὰ πάσης ἀνοίας, ἢ καὶ μισουμένη τὸν μισοῦντα φιλῶ, καὶ ὀδυνωμένη τὸν ὀδυνῶντα ἐλεῶ, καὶ οὐδὲ ὕβρις τὸν ἔρωτα παύει. ὢ ζεῦγος κατ' ἐμοῦ γοήτων, ἀνδρὸς καὶ γυναικός. ὁ μὲν τοσοῦτόν μου χρόνον κατεγέλα· ἡ δὲ ἀπῆλθεν κομιοῦσά μοι φίλτρον. ἐγὼ δὲ ἡ κακοδαίμων, ἠγνόουν αἰτοῦσα παρὰ τῶν ἐχθίστων [2]) κατ' ἐμαυτῆς φάρμακον.

[3]) Προϊοῦσα] Ita melius, quam προϊοῦται in edit. Palat.

IDEM.

[4]) Ἐμάραινε] Edit. princ. ἐμάραινε.

IDEM.

[1]) Καὶ καταλαμβάνει χαμαὶ καταβεβλημένον. Παραστᾶσα] Haec verba desunt in editione Palatina. Ibidem sequens πάντα omis-

uis fuisse non semel audiuerat. Tandem vero tota epistola perlecta, veritateque iam clarius cognita, cum verecundia atque obtrectatione oppressa, varias in partes distrahi coepit. Nam et maritum verebatur, et literis non poterat non irasci, sed irae alioqui opponebatur amor, qui, obtrectatione auxilium sibi afferente, victor tandem euasit.

CAPVT XXV.

Quam ob rem cum aduesperasset, ac primo illo ab impetu ad familiarem quendam suum Thersander se contulisset: Melite hominem, cui mei custodia credita fuerat, allocuta, ad me, clam aliis seruis, e quorum numero duos ante cubiculi fores collocauerat, ingressa est: quem humi proiectum cum offendisset, propius accedens, eodem omnia momento proferre volebat, ipso nihilominus vultu, quaecunque dictura erat, prae se ferente. Igitur: O me, inquit, infelicem, meamque in perniciem te primum conspicatam, quae, quod assequi non possim, tantopere appetam! o penitus dementem, quae mei contemptorem amore prosequar! quae doloribus excruciata excrucianti misericordiam tribuam: neque ipsa contumelia amorem debilitat! o viri et mulieris par aduersus me conspirans: quorum alter ludibrio me iamdiu habet, altera herbas conquisitum abiit! me ne igitur ab infensissimis hostibus opem quaerere, hactenus non intellexisse? Haec locuta Melite, Leucippes litte-

 ras

omissum est, quod et exemplar Bauaricum nescit.

IDEM.

²) Παρὰ τῶν ἰχθύων] Edit. Commel. περὶ τῶν ἰχθύων.

IDEM.

³) Ἐληλεγμένος] Perperam fuit in edit. prima ἠλεγμένος.

Descen-

κον. Καὶ ἅμα τὴν ἐπιστολὴν τῆς Λευκίππης μοι προσέῤῥιψεν. Ἰδὼν οὖν καὶ γνωρίσας, ἔφριξα, καὶ ἔβλεπον εἰς γῆν ὡς ἐληλεγμένος. 3) ἡ δὲ ἐτραγῴδει πάλιν. Οἴμοι δειλαία 4) τῶν κακῶν. καὶ γὰρ τὸν ἄνδρα ἀπώλεσα διά σε. οὔτε γὰρ ἂν ἔχοιμί σε τοῦ λοιποῦ χρόνου, κἂν 5) μέχρι τῶν ὀμμάτων τῶν κενῶν, ἐπεὶ μὴ δεδύνημαι 6) τούτων πλέον. οἶδα ὅτι ὁ ἀνήρ με μισεῖ, καὶ μοιχείαν κατέγνωκεν ἐπὶ σοι, μοιχείαν ἄκαρπον, μοιχείαν ἀναφρόδιτον, ἧς μόνον τὴν λοιδορίαν κεκέρδακα. 7) αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι γυναῖκες, μισθὸν τῆς αἰσχύνης ἔχουσι τὴν τῆς ἐπιθυμίας ἡδονήν: ἐγὼ δὲ ἡ δυστυχὴς, τὴν μὲν αἰσχύνην ἐκαρπωσάμην, τὸ δὲ τῆς ἡδονῆς * οὐδαμοῦ. ἄπιστε καὶ βάρβαρε· ἐτόλμησας οὕτως ἐρῶσαν γυναῖκα κατατῆξαι, 8) καὶ ταῦτα ἔρωτος καὶ σὺ δοῦλος ἄν; οὐκ ἐφοβήθης αὐτοῦ τὰ μηνίματα; 9) οὐκ ᾐδέσθης αὐτοῦ τὸ πῦρ; οὐκ ἐτίμησας αὐτοῦ τὰ μυστήρια; οὐ κατέκλασέν σε ταῦτα τὰ ὄμμα-

Descendit enim ab ἐλήλεγμαι pro ἤλεγμαι, quod pueris notum in triuio. Hinc eodem modo Lib. VI. cap. penult. verba Commelin. αἰσχυνθεὶς ὡς ἐληλαγμένος, emendanda sunt ἐληλεγμένος. IDEM.

4) Δειλαία] Hoc reposui. Editiones habebant: δείλαιον. IDEM.

5) Κἂν] Quidam: καί. IDEM.

6) Δεδύνημαι] Cod. Bau. δεδύνησαι. IDEM.

7) Ης μόνον τὴν λοιδορίαν κεκέρδακα] In Editis et Anglicano μόνην. SALMASIVS.

8) Κατατῆξαι] Proprie de liquefactis, deinde de amoris desiderio et cruciatu. Exempla sunt apud *Homerum*, *Aristophanem*, *Xenophontem*, quae vide in H. Steph. Thes. Gr. L. hac voce. Melius Latino interpre-

ras in me proiecit. Quibus agnitis, cohorrui statim, vultumque, tanquam magni alicuius flagitii reus, deieci. Illa vero, amplius etiam flere ac conqueri perrexit: Heu me tot malis afflictam! Tua ego causa maritum amisi, nec tamen te frui posthac mihi licebit: quinimo aspectu etiam tuo, quo vno tantum a te dignata sum, breui mihi carendum esse intelligo. Atque ad haec mala illud etiam accedit. tua enim causa me coniux odio prosequitur, atque adulterii ream facit, et eius quidem, ex quo fructus ac voluptatis nihil, infamiae autem plurimum, ad me redundauit. Sane aliae mulieres ex turpitudine voluptatem consequuntur: at miserae mihi sola sine voluptate turpitudo parata est. O infidum, o barbarum, o piratis immaniorem Clitophontem! Te ne, mulierem tam impotenti tui amore deflagrantem, tam miserum in modum excruciari, aequo animo ferre posse, cum amori tu quoque deseruias? neque te diuinam Cupidinis iram timere? non faces eius, non arcana vereri? non lachrymis, quas oculi isti vbertim profuderunt, commoueri? o piratis immaniorem! Lachrymas enim vel iste praedo veretur. Quid,

 quod

terpretatus est Cl. *Seyboldus*: *Untreuer! Grausamer! Du unterstundest dich, mich in Liebe zu zerschmelzen, da du selbst der Sclaue einer andern warest!* BODEN.

9) Μηνίματα] Ita legit etiam Interpres Latinus. Editio prima vero habet μηνύματα. Hanc lectionem sequitur Germanus: *Zitterteſt du nicht, verrathen zu werden?* Praefero μηνίματα, quod de ira diuina saepius ponitur. IDEM.

10) Ἠρέθισαν τὰς ἀφροδίτας] Nude etiam ponitur ἐρεθίζειν, vt subaudiatur εἰς ἀφροδίτην, vel εἰς ἔρωτα. *Aristaenet.* L. I. ep. 27: ἕτερα δὲ τοῦ σώματος ἐγύμνωσε μέρη τὰ δυνατὰ, ὅπως ἂν πολλαχόθεν τὸ μειράκιον ἐρεθίσῃ. Quae supplet Cl.

ὄμματα δακρύοντα; ὦ καὶ λῃστῶν ἀγριώτερε. δάκρυα γὰρ καὶ λῃστὴς αἰσχύνεται. οὐδέν σε ἠρέθισεν εἰς ἀφροδίτην[10]) κἂν μίαν, οὐ δέησις, οὐ χρόνος, οὐχ ἡ τῶν σωμάτων συμπλοκή· ἀλλὰ, τὸ πάντων ὑβριστικώτατον, προσαπτόμενος, καταφιλῶν, οὕτως ἀνέστης ὡς ἄλλη γυνή.[11]) τίς αὕτη τῶν γάμων ἡ σκιά; οὐ μὲν δὴ γεγηρακυίᾳ συνεκάθευδες, οὐδὲ ἀποστρεφομένῃ σου τὰς περιπλοκὰς,[12]) ἀλλὰ καὶ νέᾳ καὶ φιλούσῃ, εἴποι δ᾽ ἂν ἄλλος ὅτι καὶ καλῇ.[13]) εὐνοῦχε, καὶ ἀνδρόγυνε,[14]) καὶ κάλλους καλοῦ βάσκανε.[15]) ἐπαρῶμαί σοι δικαιοτάτην ἀρὰν,[16]) οὕτως σε ἀμύναιτο ὁ ἔρως εἰς τὰς σάς. Ταῦτα ἔλεγεν, καὶ ἅμα ἔκλαιεν.

ΚΕΦΑΛ. κϛ'.

Ὡς δὲ ἐσιώπων ἐγὼ κάτω νενευκὼς, * μικρὸν διαλιποῦσα, λέγει μεταβαλοῦσα· Ἃ μὲν εἶπον, ὦ φίλτατε,

Cl. *Abreschius* ex hoc Tatii loco: ὡς Ἀφροδίτην.

IDEM.

[11]) Γυνή] Sic infra L. VIII. Ὡς ἀπὸ γυναικὸς ἀνέστη γυνή.

IDEM.

[12]) Τὰς περιπλοκὰς] In aliis τὰς περιβολάς. Ita συμπλοκὴ et συμβολὴ in hoc ipso opere variae sunt pro eadem re loquutiones et lectiones.

SALMASIUS.

[13]) Ἀλλὰ καὶ —— καλῇ] Ἀλλὰ deest in edit. prima. Locus similis ap. *Aristaenet.* Lib. II ep. 7. Οἷ δ᾽ ἦν νέος. καλὴ γὰρ ἦν, καὶ παρθένος.

BODEN.

[14]) Ἀνδρόγυνε] Vocant etiam διφυεῖς et ἀρσενοθήλεας. De quibus *Plinius* Lib. VII cap. 3. *Gignuntur et utriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, et in prodigiis habitos, nunc in deliciis.* Ii si quando Romae nasce-

quod animum tuum non modo non pellexerunt preces meae, vt semel saltem mihi morem gereres: sed ne vllum quidem idonei temporis opportunitas, aut mutuus complexus, aut aliud quidpiam apud te pondus habuerunt. Quinimo, quod omnium contumeliosissimum est, e complexu meo, ex ipsis dissuauiationibus aeque discedis atque alia mulier. et quid hoc est, nisi nuptiarum vmbra? Tu quidem certe non cum effoeta aliqua, tuosue amplexus auersante cubuisti: sed et cum adolescente et cum amante, addiderit vero aliquis etiam, et cum formosa. Eunuche, euirate, pulchritudinis perditor, nunc ego immortaleis deos precor, tuis vt desideriis contraria omnia euenire velint: quo in te, quae in me moliris, cuncta experiare. Haec non sine lachrymis locuta Melite, parumper conticuit.

CAPVT XXVI.

Deinde vt me tacentem, atque oculos humi defigentem animaduertit, animo penitus commutato, rursum:

Quae

nascerentur, exportatus foetus in mare vel flumina deiiciebatur, tum a virginibus ter nouenis carmen per vrbem canebatur Iunonique donum offerebatur. *Alexand. ab Alex.* c. 27.

BERGER.

15) Βάσκανε] Βάσκανός est, qui effascinat Plin. L. VII. c. 2. In Africa familias quasdam effascinantium, — quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. Esse eiusdem generis in Triballis et Illyriis, qui visa quoque effascinent. Hinc ὀφθαλμὸς βάσκανος, quod interpretatur *Theocriti Scholiastes* per φθείροντα τὸ ὁραθὲν καὶ μάλιστα παῖδας.

IDEM.

16) Δικαιοτάταν ἀρὰν] Editor primus: δικαίαν ταύταν ἄραν, ὥστε ἀμύνετο ὁ ἔρως εἰς τὰς σάς. Pro ἀμύνετο vel legendum ἀμυνέτω, vel ἀμύναιτο, vt *Salmasius* reddidit. At pro vltimis εἰς τὰς

σὰς

ταῦτα; θυμὸς ἔλεγεν καὶ λύπη· ἃ δὲ νῦν μέλλω λέγειν, ἔρως λέγει. κἂν ὀργίζωμαι, καίομαι· κἂν ὑβρίζωμαι, φιλῶ. πεῖσαι, κἂν νῦν ἐλέησον· οὐκ ἔτι δέομαι πολλῶν ἡμερῶν καὶ γάμου μακροῦ, ὃν ἡ δυστυχὴς ὀνειροπόλουν. ἐπὶ σοὶ ἀρκεῖ μοι κἂν μία συμπλοκή. μικροῦ δέομαι φαρμάκου πρὸς τηλικαύτην νόσον. σβέσον μοι ὀλίγον τοῦ πυρός.[2] εἰ δέ τι σοὶ προπετῶς ἐθρασυνάμην, σύγγνωθι, φίλτατε· ἔρως ἀτυχῶν καὶ μαίνεται. ἀσχημονοῦσα,[3] οἶδα, ἀλλ' οὐκ αἰσχύνομαι τὰ τοῦ ἔρωτος ἐξαγορεύουσα μυστήρια. πρὸς ἄνδρα λαλῶ μεμυημένον.[4] οἶδας τί πάσχω. τοῖς δὲ ἄλλοις ἀνθρώποις ἀθέατα[5] τὰ βέλη τοῦ θεοῦ, καὶ οὐκ ἄν τις ἐπιδεῖξαι δύναιτο τὰ τοξεύματα, μόνοι δὲ οἴδασιν οἱ ἐρῶντες τὰ τῶν ὁμοίων τραύματα.[6] ἔτι μόνον ἔχω ταύτην τὴν ἡμέραν· τὴν ὑπόσχεσιν ἀπαιτῶ. ἅμα μνήσθητι τῆς Ἴσιδος, αἰδέσθητι τοὺς ὅρκους τοὺς ἐκεῖ. εἰ μὲν γὰρ καὶ συνοικεῖν ἤθελες ὥσπερ ἐπηγγείλω,[7] * οὐκ ἂν ἐφρόντισα Θερσάνδρων μυρίων[8] ἐπεὶ δὲ Λευκίππην εὑρόντι σοι γάμος ἀδύνατος ἄλλης γυναικός· ἑκοῦσά σοι κἀγὼ τοῦτο παραχω-

ρὰς legendum puto, comprobante codice Bauarico: εἰς τὰ τά. BODEN.

[1]) Μεταβαλοῦσα] In edit. prima: μεταλαβοῦσα. IDEM.

[2]) Σβέσον μοι ὀλίγον τοῦ πυρός] *Petronius* c. 139. *Tu, voluptas mea, numquam finies hunc ignem, nisi sanguine extinxeris.* Ad quem locum vide *Pithoeum*, alios similes ex *Eustathio* et *Zenod.* afferentem. IDEM.

[3]) Ἀσχημονοῦσα] Ed. pr. ἀσχημονοῦντα. IDEM.

[4]) Μεμυημένον] Rectius, quam μεμνημένον, quod editio prima tulit

Quae hactenus loquuta sum, inquit, suauissime adolescens, ira et moeror suggessit: nunc ad dicendum me amor impellit. Qui vero potui non irasci, et conuitia in te ingerere, cum tota arderem, intimasque corporis partes miserrimum in modum ignis popularetur? Ah saltem nunc mihi morem gere. Non ego dies multos, aut nuptias diuturnas peto, quarum ipse miseram me hactenus produxisti. Vnicus mihi satis erit congressus, vel tantula ope mihi ad tanti morbi vim depellendam opus est. Agedum ignem hunc mihi aliquantum restingue: ac, si quid in te asperius antea loquuta sum, ignosce, obsecro, gratissime adolescens. Non enim potest, qui infeliciter amat, non insanire. Nec vero me fugit, quam turpem causam agam: veruntamen amoris arcana palam facere haud quaquam pudet. Hominem, Amoris sacris initiatum, quoque pacto affecta sim intelligentem, alloqui me scio. Aliis dei huius tela ignota sunt. Solis enim amantibus, praeterea nullis, amantium vulnera innotescunt. Haec mihi adhuc superest dies, qua vt promissa facias, obtestor. Isidis tibi veniat in mentem, neque, quod in illius templo iurasti, floccifeceris. quod si, vt inter nos iureiurando firmatum est, promissis stare voluisses,

non

tulit cum interprete, qui exposuerat: *Memorem hominem.* IDEM.

5) Ἄθλια] Edit. Heidelb. ἆθλα, et in sequenti: δύναται pro ἐδύνατο. IDEM.

6) Τραύματα] Commelin. τραυμάτων. IDEM.

7) Ὥσπερ ἐπηγγείλω] *Quemadmodum promisisti, pactus es.* Ita Anglicanus et Editio prior. Alii libri ὥσπερ ὤμοσας. Atque ita legit interpres in suis, *vt inter nos iureiurando firmatum est.* SALMASIVS.

8) Θεραπεύειν μυρίων] Μυρίων θεραπόντων. IDEM.

9) Δυν-

ἀχωρῶ. οἶδα νικωμένη· οὐκ αὐτῷ πλέον ἢ δύναμαι τυχεῖν. κατ' ἐμοῦ γὰρ πάντα καινά· ἀναβιοῦσι καὶ νεκροί. ὦ θάλασσα, πλέουσαν μέν με διέσωσας, σώσασα δὲ μᾶλλον ἀπολώλεκας, δύο ἀποστείλασα κατ' ἐμοῦ νεκρούς. οὐκ ἤρκει γὰρ Λευκίππη μόνη ζήσασα, [9]) ἵνα μηκέτι λυπῆται Κλειτοφῶν. νῦν δὲ καὶ ὁ ἄγριος Θέρσανδρος ἡμῖν πάρεστιν. τετύπτησαι [10]) βλεπούσης μου, καὶ βοηθεῖν ἡ δυστυχὴς οὐκ ἠδυνάμην. ἐπὶ τοῦτο τὸ πρόσωπον πληγαὶ κατηνέχθησαν. ὦ θεοί· δοκῶ, τυφλὸς Θέρσανδρος ἦν. ἀλλὰ δέομαι, Κλειτοφῶν δέσποτα· δεσπότης γὰρ εἶ ψυχῆς τῆς ἐμῆς· ἀπόδος σεαυτὸν τήμερον πρῶτα [11]) καὶ ὕστατα. ἐμοὶ δὲ ἡμέραι τὸ βραχὺ τοῦτο πολλαί. οὕτω μηκέτι Λευκίππην ἀπολέσῃς, οὕτω μηκέτι μήτε ψευδῶς ἀποθάνοι. μὴ ἀτιμάσῃς τὸν ἔρωτα τὸν ἐμόν, [12]) δι' ὃν τὰ μέγιστα εὐτυχεῖς. οὗτός σοι Λευκίππην ἀποδέδωκεν. εἰ γάρ σου * μὴ ἠράσθην ἐγώ, εἰ γάρ σε μὴ ἐνταῦθα ἤγαγον, ἦν ἂν ἔτι σοι Λευκίππη νεκρά. εἰσίν, ὦ Κλειτοφῶν, καὶ τύχης δωρεαί. [13]) ἤδη τις θησαυρῷ περιτυχών, τὸν τόπον τῆς εὑρήσεως [14]) ὡς ἐτίμησεν, βωμὸν ἤγειρεν, θυσίαν προσήνεγκεν

9) Λευκίππη μόνη ζήσασα] Sic Editio Palatina. Nec aliter Anglicanus. Qui duo codices, vt iam notaui, descripti videntur ex aliquo Exemplari, quo primae Editionis exemplum continebatur. In secunda mutauit auctor et viuidius argutiusque hoc comma reddidit scribendo: οὐκ ἤρκει γὰρ Λευκίππη μόνη. ζησάτω, ἵνα μηκέτι λυπῆται Κλειτοφῶν. *Nec sufficiebat sola Leucippe. Et sane viuat illa, vt ne amplius doleat Clitophon.* Atque hanc etiam lectionem reperit in eo libro, quo vsus

non equidem Therſandros mille curauerim. Caeterum quoniam, Leucippe inuenta, nullo fieri pacto poteſt, aliam vt ducas, per me quidem fac, vt lubet. Mihi enim cedendum eſſe intelligo: iamque amplius nihil, niſi quod me conſequi poſſe arbitror, peto: quandoquidem mihi omnia bellum indicunt, ac mortui etiam ipſi ab inferis excitantur. O mare, tu certe nauigantem ſeruaſti, verum ſeruando maiores in aerumnas coniecisti, duobus mortuis meam in perniciem aduectis, quaſi non vna Leucippe ſatis eſſet. Sed viuat ſane illa, ne Clitophon in moerore iaceat. Illud vero quis ferat, ferum Therſandrum nunc rediiſſe? me vidente hominem percuſſiſſe, miſeramque opis nihil ferre potuiſſe? Adhuc quidem, Dii boni, facies tota liuoribus foedata conſpicitur. Caecus tum, puto, Therſander fuit. Sed te, o here Clitophon, tu enim animae imperium meae ſolus obtines, id vnum rogo, hodie ſaltem vt mihi te primum et vltimum concedas. Parua haec mora multorum apud me dierum loco erit. Sic neque tu Leucippen amiſeris; neque illa vel falſam mortem obierit. Ne meum amorem neglexeris: cuius cauſa cum alia commoda plurima, tum Leucippen ipſam, es conſequutus. Niſi enim ego te amaſſem, hucque perduxiſſem, mortuam vtique Leucippen

vſus eſt, interpres. IDEM.

10) Τετύπτηκεν] Habet edit. pr. τετύπτηκεν. BODEN.

11) Πρῶτα] Minus bene Commel. πρώτως ob ſequentia. IDEM.

12) Τὸν ἔρωτα τὸν ἐμὸν] *Ariſtaenetus* L. II. ep. VII. Μὴ τοίνυν ἀτιμάσῃς, ὦ δέσποινα, τὸν ἐμόν τε καὶ τὸν δεσπότου ἔρωτα. IDEM.

13) Δωρεάν] Edit. princeps δωρεάν. IDEM.

14) Τὸν τόκον τῆς εὑρέσεως] Melius et vſitatius, quod in aliis: εὑρέτρων. Inde εὑρεσιλογία, εὕρεμα,

φεγγίον, ἐστεφάνωσε τὴν γῆν· σὺ δὲ παρ' ἐμοὶ θησαυρὸν ἔρωτος εὑρὼν, ἀτιμάζεις τὰ εὐεργετήματα. νόμιζε σοὶ τὸν ἔρωτα δι' ἐμοῦ λέγειν· ἐμοὶ χάρισαι τοῦτο, Κλειτοφῶν, τῷ μυσταγωγῷ.[15] μὴ ἀμύητον[16] τὴν Μέλιττην ἀπέλθῃς καταλιπών· καὶ τὸ ταύτης ἐμόν ἐστι πῦρ.[17] ἄκουσον δὲ, ὡς καὶ τ' ἄλλα μοι[18] μέλει περί σου. λυθήσῃ μὲν γὰρ ἄρτι τῶν δεσμῶν, κἂν Θερσάνδρῳ μὴ δοκῇ·[19] καταγωγῆς δὲ τεύξῃ τοσούτων ἡμερῶν, ὅσων ἐὰν θέλῃς, πρὸς ἐμὸν σύντροφον.[20] ἕωθεν δὲ καὶ Λευκίππην παρέσεσθαι προσδόκα. διενυκτερεύσεν γὰρ ἔλεγεν εἰς τὸν ἀγρὸν, βοτανῶν ἕνεκεν χάριν, ὡς ἐν ὄψει τῆς σελήνης[21] αὐτὰς ἀναλάβοι. οὕτως γάρ μου κατεγέλα. ᾔτησα γὰρ φάρμακον παρ' αὐτῆς ὡς Θετταλῆς κατά σου. τί γὰρ ἠδυνάμην ἔτι[22] ποιεῖν ἀποτυγχάνουσα, ἢ βοτάνας ζητεῖν καὶ φάρμακα; αὕτη γὰρ τῶν ἐν *ἔρωτι[23] δυστυχούντων καταφυγή. ὁ Θέρσανδρος δὲ,[24] ὡς καὶ περὶ τούτου θαῤῥήσῃς, ἐξεπήδησεν πρὸς ἑταῖρον αὐτοῦ, ἐξανιστάμενος ἐμοὶ τῆς οἰκίας ὑπὸ ὀργῆς· δοκεῖ δέ μοί γε θεός τις αὐτὸν ἐντεῦθεν[25] ἐξ-

ελήλα-

ἄρρημα, ῥητὸν, ἀνόρεκτος et similia. SALMASIUS.

15) Τῷ μυστ.] Cod. Bau. τῷ σῷ μυσταγωγῷ. BODEN.

16) Ἀμύητον] Commel. ἀγνῶτα IDEM.

17) Καὶ τὸ ταύτης ἐμόν ἐστι πῦρ] Perperam in Editione priore fuit et Anglicano: Καὶ τοσαύτη. SALMASIUS.

18) Μοι] abest edit. Palat. BODEN.

19) Δοκῇ] Eadem minus recte δοκεῖ. IDEM.

20) Σύντροφον] Ibidem τροφόν. IDEM.

21) Σελήνης] Magi herbas fulgente

pen adhuc arbitrareris. Fortunae vero etiam benignitati aliquid est, quod acceptum ferri deceat. Cum thesaurum, nescio quis, inuenisset, locum, in quo inuenit, in honore habuit, aram consecrauit, libamina obtulit, telluremque coronauit. Tu vero amatorio thesauro apud me reperto, non modo gratiam non refers, verum etiam beneficii auctorem spernis. Haec autem mea causa tecum Amorem loqui existima. Id mihi tuae militiae antesignano concede, Clitophon, vt ne hinc Melite intacta discedat. Meus ignis est, qui eam vrit. Itaque deo pare, Clitophon, si quidem caetera tua mihi curae esse cupis. A vinculis, medius fidius, tametsi Thersandro id minime videatur, te nunc soluam: cubiculumque, in quo tamdiu cum eo, qui mecum vna lac hausit, degas, quamdiu voles, tibi adornatum dabo. Leucippen vero cras prima luce tibi affuturam expecta, Ruri enim pernoctare se velle dixit, vt herbas ad lunae aspectum colligeret. Ita de me ludi facti sunt. ab ea enim tanquam Thessala opem contra te imploraui. nam spe frustrata quid facere amplius potui, quam ad herbas et medicamenta, quae miserorum amantium solatia sunt, confugere? Nunc, vt istum etiam timorem deponas, Thersander iratus domo ad familiarem quendam suum se contulit, vt deus aliquis hinc illum eiecisse

gente luna colligere solebant. IDEM.

22) Ἔτι] Desideratur in cod. Bauar. et edit. Palat. IDEM.

23) Ἐν ἔρωτι] Praepositio abest a Cod. Bau. IDEM.

24) Θέρσανδρος δὲ] Particulam neque cod. Bauar. neque Editio prima admittunt. IDEM.

25) Δοκεῖ δέ μοί γε θεός τις αὐτὸν ἐντεῦθεν] Verba γε et ἐντεῦθεν desunt in edit. Commel. et cod. Bauar. IDEM.

) Α-

ληλακέναι, ἵνα σου τὰ τελευταῖα ταῦτα ὀνηθῶ τυχῶν. ἀλλά μοι σαυτὸν ἀπόδος.

ΚΕΦΑΛ. κζʹ.

Ταῦτα φιλοσοφήσασα· διδάσκει γὰρ ὁ ἔρως καὶ λόγους,[1] ἔλυε τὰ δεσμὰ, καὶ τὰς χεῖρας κατεφίλει, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τῇ καρδίᾳ προσέφερε, καὶ εἶπεν· Ὁρᾷς, πῶς πηδᾷ,[2] καὶ πάλλει πυκνὸν παλμὸν ἀγωνίας γέμοντα καὶ ἐλπίδος. γένοιτο δὲ καὶ ἡδονῆς· καὶ ἔοικεν ἱκετεύειν σε τῷ πηδήματι. Ὡς οὖν με ἔλυσε, καὶ περιέβαλεν κλαίουσα, ἔπαθόν τι ἀνθρώπινον,[3] καὶ ἀληθῶς ἐφοβήθην τὸν ἔρωτα, μή μοι γένηται μήνιμα ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ ἄλλως ὅτι Λευκίππην ἀπειλήφειν, καὶ ὅτι μετὰ ταῦτα τῆς Μελίττης[5] ἀπαλλάττεσθαι ἔμελλεν,

1) Διδάσκει γὰρ ὁ ἔρως καὶ λόγους] Vetus eſt adagium, quod Plutarchus habet:

Μουσικὴν ἔρως διδάσκει,
Κἂν τις ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

IDEM.

2) Πῶς πηδᾷ] Scilicet καρδία. *Longus* Lib. I. Ἐκπηδᾷ μοι τὸ πνεῦμα, ἐξάλλεται ἡ καρδία, τήκεται ἡ ψυχή. Excitat hunc locum *Abreſchius* ad *Ariſtaen.* Lib. II. ep. V. Πυκνὰ παλλομένης ἐφάπτομαι τῆς καρδίας, καὶ δεινῶς ἐκπηδᾷν καὶ φθέγγεσθαί μοι δοκεῖ οἱ, coll. ep. 13. Τὴν ἐπί σοι διεκπηδῶσαν παραμυθουμένη καρδίαν.

IDEM.

3) Ἀνθρώπινόν τι] Mira lectio in codice Bauarico, quam vitio ſcribentis tribuas ἀναθρώπινόν τι. Rectius ἀνθρώπινόν τι; vt apud *Terentium* Adelph. III, 4, 23.

— *Nam hoc quidem ferundum*
aliquo modo eſt:
Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia: Humanum eſt.

Vide *Carpzouium* Doctiſſ. nota ſequenti.

IDEM.

4) Ἔπαθόν τι ἀνθρώπινον — ἐκ τοῦ θεοῦ] Scilicet Venus et Cupido, ſecundum veterum perſuaſionem, iraſcebantur, ſi quis ex amantibus alterius voluntati haut reſpondebat. Et inde ea fluxit,

cisse mihi videatur, quo postrema haec a te libere conse-qui possim. Agedum tandem igitur tui mihi copiam fac.

CAPVT XXVII.

Haec Melite cum disseruisset, Amor enim eloqui etiam docet, vincula soluit: manusque meas exosculata, oculis primum suis, deinde cordi admouit, ac: Vides ne, inquit, vt salit, ac semet vibrans assidue palpitat, metus et spei simul, vtinam vero etiam voluptatis, plenum, vt trepidatione huiusmodi orare te videatur? Posteaquam vinculis solutus sum, mulierque flens me complexa est, humani quiddam perpessus sum: atque, vt ingenue fatear, ne mihi Amor irasceretur, extimui: praesertim quod recuperata Leucippe, Meliten paulo post dimissurus essem, et, quae factae

fluxit, quae est apud *Terentium*, opinio: *non est, crede, flagitium, iuuenem scortari.* Sic Heroni persuadet Leander, vt sese experiatur, μὴ Κύπριδι μῆνιν ἐγείρῃς. *Musaeus* v. 157. Pariter Clitophon in Melites consentit preces, ne sibi Amor irasceretur. *Plautus* Aulul. IV, 10.

Deus impulsor mihi fuit, is me
ad meretricem illexit,
Deos credo voluisse, nam, ni vellent, non fieret, scio.

Horatius III. Od. 10. 9.

Ingratum Veneri pone superbiam.

Vide infra apud *Achill. Tat.* L. VIII. p. 511. Τὴν ἐξ Ἀφροδίτης ὕβριν μὴ παθεῖν ὤμοσεν ἡ Ῥοδῶπις κ. τ. λ. Πάσχειν τι ἀνθρώπινον κατ᾽ εὐφημισμὸν dictum pro μετέρχεσθαι Κύπριδος ἔργα. Correctio illa καὶ ἀληθῶς, i. e. *aut vt verius dicam;* sat indicat, necessitate coactum esse Clitophontem, qui zonam soluat vxori perdite amanti. Infra Libro VI. p. 375. de Thersandro, qui Leucippen in sui amorem pertrahere haut poterat: ἐδάκρυε — — παθὼν μέν τι, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἀνθρώπινον.

CARPZOVIVS.

r) Καὶ

εληλυθέναι, ἵνα σου τὰ τελευταῖα ταῦτα ἀνηθῶ τυχῶ. ἀλλά μοι σαυτὸν ἀπόδος.

ΚΕΦΑΛ. κζ'.

Ταῦτα φιλοσοφήσασα· διδάσκει γὰρ ὁ ἔρως καὶ λόγες,[1]) ἔλυε τὰ δεσμὰ, καὶ τὰς χεῖρας κατεφίλει, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τῇ καρδίᾳ προσέφερε, καὶ εἶπεν· Ορᾷς, πῶς πηδᾷ,[2]) καὶ πάλλει πυκνὸν παλμὸν ἀγωνίας γέμοντα καὶ ἐλπίδος. γένοιτο δὲ καὶ ἡδονῆς· καὶ ἔοικεν ἱκετεύειν σε τῷ πηδήματι. Ὡς οὖν με ἔλυσε, καὶ περιέβαλεν κλαίεσα, ἔπαθόν τι ἀνθρώπινον,[3]) καὶ ἀληθῶς ἐφοβήθην τὸν ἔρωτα, μή μοι γένηται μήνιμα ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ ἄλλως ὅτι Λευκίππην ἀπειλήφειν, καὶ ὅτι μετὰ ταῦτα τῆς Μελίττης[5]) ἀπαλλάττεσθαι ἔμελλεν,

1) Διδάσκει γὰρ ὁ ἔρως καὶ λόγες] Vetus eſt adagium, quod Plutarchus habet:

Μεσικὴν ἔρως διδάσκει,
Κἂν τις ἄμεσος ᾖ τὸ πρίν.

IDEM.

2) Πῶς πηδᾷ] Scilicet καρδία. *Longus* Lib. I. Εκπηδᾷ μοι τὸ πνεῦμα, ἐξάλλεται ἡ καρδία, τήκεται ἡ ψυχή. Excitat hunc locum *Abreſchius* ad *Ariſtaen.* Lib. II. ep. V. Πυκνὰ παλλομένης ἐφάπτομαι τῆς καρδίας, καὶ δεινῶς ἐκπηδᾷν καὶ φθέγγεσθαί μοι δοκεῖ σοι, coll. ep. 13. Τὴν ἐπί σοι διεκπηδῶσαν παραμυθεμένη καρδίαν.

IDEM.

3) Ανθρώπινόν τι] Mira lectio in codice Bauarico, quam vitio ſcribentis tribuas ἀνθρώπινόν τι. Rectius ἀνθρώπινόν τι; vt apud *Terentium* Adelph. III, 4, 23.

— *Nam hoc quidem ferundum aliquo modo eſt:*
Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia: Humanum eſt.

Vide *Carpzouium* Doctiſſ. nota ſequenti.

IDEM.

4) Επαθόν τι ἀνθρώπινον — ἐκ τοῦ θεοῦ] Scilicet Venus et Cupido, ſecundum veterum perſuaſionem, iraſcebantur, ſi quis ex amantibus alterius voluntati haut reſpondebat. Et inde ea fluxit,

cisse mihi videatur, quo postrema haec a te libere consequi possim. Agedum tandem igitur tui mihi copiam fac.

CAPVT XXVII.

Haec Melite cum disseruisset, Amor enim eloqui etiam docet, vincula soluit: manusque meas exosculata, oculis primum suis, deinde cordi admouit, ac: Vides ne, inquit, vt salit, ac semet vibrans assidue palpitat, metus et spei simul, vtinam vero etiam voluptatis, plenum, vt trepidatione huiusmodi orare te videatur? Posteaquam vinculis solutus sum, mulierque flens me complexa est, humani quiddam perpessus sum: atque, vt ingenue fatear, ne mihi Amor irasceretur, extimui: praesertim quod recuperata Leucippe, Meliten paulo post dimissurus essem, et, quae factae

fluxit, quae est apud *Terentium*, opinio: *non est, crede, flagitium, iuuenem scortari.* Sic Heroni persuadet Leander, vt sese experiatur, μὴ Κύπριδι μῆνιν ἐγείρῃς. *Musaeus* v. 157. Pariter Clitophon in Melites consentit preces, ne sibi Amor irasceretur. *Plautus* Aulul. IV, 10.

Deus impulsor mihi fuit, is me ad meretricem illexit,
Deos credo voluisse, nam, ni vellent, non fieret, scio.

Horatius III. Od. 10. 9.

Ingratam Veneri pone superbiam.

Vide infra apud *Achill. Tat.* L. VIII. p. 511. Τὴν ἐξ Ἀφροδίτης ὕβριν μὴ παθεῖν ἄμοιρον ἡ Ῥοδῶπις κ. τ. λ. Πάσχειν τι ἀνθρώπινον κατ' εὐφημισμὸν dictum pro μετέρχεσθαι Κύπριδος ἔργα. Correctio illa καὶ ἀληθῶς, i. e. *aut vt verius dicam;* sat indicat, necessitate coactum esse Clitophontem, qui zonam soluat vxori perdite amanti. Infra Libro VI. p. 375. de Thersandro, qui Leucippen in sui amorem pertrahere haut poterat: ἐδάκρυε — — παθών μέν τι, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἀνθρώπινον.

CARPZOVIVS.

λον, καὶ ὅτι οὐδὲ γάμος ἔτι τὸ πραττόμενον ἦν, 6) ἀλλὰ φάρμακον ὥσπερ ψυχῆς νοσούσης. περιβαλούσης οὖν ἠνειχόμην, καὶ περιπλεκομένης πρὸς τὰς περιπλοκὰς οὐκ ἀντέλεγον, καὶ ἐγένετο ὅσα ὁ ἔρως ἤθελεν οὔτε στρωμνῆς ἡμῶν δεηθέντων, οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν εἰς παρασκευὴν ἀφροδισίων. * αὐτουργὸς γὰρ ὁ ἔρως, καὶ αὐτοσχέδιος σοφιστὴς, καὶ πάντα τόπον αὐτῷ τιθέμενος μυστήριον. τὸ δ' ἀπερίεργον εἰς ἀφροδίτην ἥδιον μᾶλλον 7) τοῦ πολυπράγμονος. αὐτοφυῆ γὰρ ἔχει τὴν ἡδονήν.



5) Καὶ αὐτῆς ὅτι μετὰ ταῦτα] Legebatur in Edito exemplari, καὶ αὐτῇ. In libris, αὐτή. Nos fecimus, αὐτῆς. Melius tamen, si forte abesset, vt etiam quidam codices suadent, καὶ ὅτι μετὰ ταῦτα τῆς Μελίττης ἀπαλλάττεσθαι ἔμελλον. Interpres hoc nomen vbique scribit cum vnico tau. Et sane Μελίτη, cum vnico τ, etiam nomen proprium, et huius mentio in quodam Epigrammate Graeco. Facta haec appellatio ἀπὸ τοῦ μέλιτος. Sed et Μελίττη cum duplici tau etiam Graecum est. Nam et μελιττοῦττα, est placenta ex melle condita, cum duplici τ. et μελιττίκερας, ἡ γλυκεῖα δίλτος, τῷ μέλιτι κεκραμένη, apud Hesychium. Attice μελιττόκερας. Sed et μέλισσα, et μέλιττα, apis est.

SALMASIVS.

6) Οὐδὲ γάμος ἔτι τὸ πραττόμενον ἦν] Sic reposuimus ex melioribus libris, cum Editio haberet vulgata, cum Anglicano, καὶ ὅτι οὐδὲ γάμος ἐστὶ τὸ πραττόμενον

fuerant, nuptiae non essent, sed tantum aegrotantis animi quasi medicina quaedam. Amplexantem igitur deosculantemque pari amplexu deosculationeque accepi: atque haud ita multo post desiderii eius expectationem omnem expleui, nobis neque stratum, neque alium vllum ad venerem apparatum, requirentibus. Amor enim sui ipsius artifex est, et quae opus sunt ex tempore afferens, ad sua ipsius arcana quemuis accommodat locum. Illud porro certissimum est, imparatam venerem parata longe suauiorem esse, vtpote quae germanam secum ferat voluptatem.



νον ἡμῖν. Pessime interpres, *et quae factae fuerant*, *nuptiae non erant*. Non de solemnitate nuptiarum, quae iam factae fuerant, et pactae in templo Isidis, intelligit. Sed de concubitu ac coitu, ad quem eum tunc inuitabat Melitte in illo ipso carcere. Inter causas, ne roganti Melittae hoc negaret, nec respectum haberet amoris, quo prosequebatur Leucippen, hanc sibi ipsi affert, quod nuptiae non erant futurae, vel legitimus ex nuptiis coitus, id quod agebatur tunc inter ipsum, et Melitten, sed solatium ac remedium foeminae, amore perditae ac percitae, quod humanitate motus aegrotanti ac laboranti dabat. IDEM.

7) Ἥδιον μᾶλλον] Ita et Latini loquuntur, praecipue veteres, *Magis suauior*. In Editione vulgari fuit corruptissime, ἥδυμα μᾶλλον. In Anglicano, ἡδὺ μᾶλλον. Reliqui libri, ἥδιον μᾶλλον. IDEM.

8) Ἀλ-

ΛΟΓΟΣ ΕΚΤΟΣ

ΚΕΦΑΛ. α΄.

Ἐπεὶ οὖν τὴν Μελίττην ἰασάμην, λέγω πρὸς αὐτήν. Ἀλλ᾽ ὅπως μοι τῆς φυγῆς παράσχοις τὴν ἀσφάλειαν, καὶ ἄλλα[1]) ὡς ὑπέσχου περὶ Λευκίππης; Μὴ φροντίσῃς, εἶπεν, τοῦγε κατ᾽ ἐκείνην μέρους,[2]) ἀλλ᾽ ἤδη νόμιζε Λευκίππην ἔχειν. σὺ δὲ ἔνδυθι τὴν ἐσθῆτα τὴν ἐμήν, καὶ κλέπτε[3]) τὸ πρόσωπον πέπλῳ. ἡγήσεται δέ σοι τῆς ἐπὶ θύρας[4]) Μελανθὼ ὁδοῦ, περιμένει δέ σε καὶ νεανίσκος ἐπ᾽ αὐτὰς τὰς

¹) Ἀλλα] Alii cum editione prima τἄλλα. BODEN.

²) Τοῦ γε κατ᾽ ἐκείνην μέρους] Ne sollicitus sis de Leucippe, aut id cures, quod ad eam attinet, μὴ φροντίσῃς τοῦ κατ᾽ ἐκείνην μέρους. *De eo, quod illam spectat, parce curare.* Elegans loquutio, et trita Graecis, τὸ ἐμὸν μέρος, τὸ σὸν μέρος. Quod ad me, quod ad te attinet ac spectat. Similis in Actis, capite XIX, vers. 27, in seditiosi illius Demetrii verbis, οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι. Vbi idem est, siue legas, τοῦτο κινδυνεύει ὑμῖν τὸ μέρος, vel ἡμῖν. Versu praecedente inuidiam eo nomine Paulo conflauit, turbamque in eum ideo conciuit, quod dixisset, ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι. Quod dii non essent habendi, qui hominum manibus facti. Si hoc obtinet, inquiebat, si haec opinio inualescit, non solum id, quod ad nos spectat, nostrumque opificium, et ex eo quaestum, qui Deorum simulacra fabricamus, periclitatur ad nihilum redigi, confutatum, sed etiam in contemptum adduci templum magnae Deae. Non male Beza, τοῦτο τὸ μέρος ἡμῖν

LIBER SEXTVS

CAPVT I.

Postea quam Melites aegrimoniam ſubleuaui: Quonam modo, inquam, tutam mihi ad abeundum viam, et caetera, quae de Leucippe pollicita es, praebebis? Tum illa: Ne vereare, inquit, quod quidem ad Leucippen attinet, ſed eam te iam recepiſſe puta. Ornatum hunc meum indue, faciemque velo obolue. Melantho ad oſtium, qua in viam patet egreſſus, te comitabitur. Illic adoleſcens ti-

ἡμῶν, reddidit, *hoc quod nobis peculiare eſt*, id eſt, hoc quod nos peculiariter ſpectat. Hoc enim ad eos opifices maxime attinebat qui Deos faciebant, quod arguebat Paulus, non eſſe Deos, qui manibus fiebant: Quis enim amplius ab illis huiusmodi Deorum figmenta argentea emere voluiſſet, ſi Paulus perſuaſiſſet Epheſiis id quod volebat? Criticus, aliorum cenſor, ipſe in ἀπελεγμὸν venire periclitatur cum illa ſententia, quam huic loco affingit, *Neque periculum modo eſt, ne in hac parte arguamur, ſi Deos χειροποιήτους colamus ipſi.* Quod ineptum eſt. Et haec mens a mente Lucae maxime aliena. Sed de his alibi.

SALMASIVS.

3) Κλέπτει] Hoc loco idem eſt, ac κρύπτει, ſed κλέπτει elegantius. Significat enim ſimul *occultare* et occultando fallere aliorum oculos. Hinc *Philoſtratus* Icon. I. de pictore: ἀναλογία ταῦτα δεῖ κλέπτεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς. Quem locum adduxit Cel. *Hârles* ad Moſchi Idyll. II. BERGER.

4) Τῆς ἐπὶ θύρας] Edit. pr. τὶς ἐπὶ θύρας. Alii: ἐπὶ τὰς θύρας. Mox pro περιμένω legendum puto: περιμενῶ. In ſequenti

τὰς θύρας, ᾧ προστεταγμένον ἐστὶν ἐξ ἐμοῦ, 5) κομίσαι σε εἰς τὴν οἰκίαν, οὗ καὶ Κλεινίαν καὶ Σάτυρον εὑρήσεις, καὶ Λευκίππην σοι παρέξαι. 6) Ταῦθ' ἅμα λέγουσα, ἐσκεύασέν με ὡς ἑαυτήν· καὶ καταφιλοῦσα· Ὡς εὐμορφότερος, ἔφη, παρὰ πολὺ γέγονας τῇ στολῇ· τοιοῦτον Ἀχιλλέα 8) ποτὲ ἐθεασάμην ἐν γραφῇ. ἀλλά μοι, φίλτατε, σώζοιο, καὶ τὴν ἐσθῆτα ταύτην φύλαττε μνήμην· ἐμοὶ δὲ τὴν σὴν κατάλιπε, ὡς ἂν ἔχοιμι ἐνδυομένη σοι περικεχύσθαι. Δίδωσι δέ μοι καὶ * χρυσοῦς ἑκατόν. καὶ καλεῖ τὴν Μελανθῶ. θεράπαινα δὲ ἦν 9) αὐτῇ τῶν πιστῶν, καὶ ἐφήδρευεν ταῖς θύραις. ὡς δὲ εἰσῆλθεν, λέγει περὶ ἐμοῦ τὰ συγκείμενα· καὶ κελεύει πάλιν ἀναστρέφειν πρὸς αὐτήν, ἐπειδὰν ἔξω γένωμαι θυρῶν. 10)

ΚΕΦΑΛ. β'.

Ἐγὼ μὲν δὴ τοῦτον τὸν τρόπον ὑπεκδύομαι. καὶ ὁ φύλαξ 1) τοῦ οἰκήματος ἀνεχώρησε, νομίσας τὴν δέσποιναν εἶναι, νευσάσης αὐτῷ τῆς Μελανθοῦς· καὶ διὰ τῶν ἐρήμων τῆς οἰκίας,

quenti habent quidem περὶ αὐτὰς pro ἐπ' αὐτάς. BODEN.

5) Ἐστὶν ἐξ ἐμοῦ] Alii: ἐστὶ παρ' ἐμοῦ. IDEM.

6) Παρέξαι] Anglicanus παρέξεται. Et sic habuit vulgaris Editio. SALMASIUS.

7) Εὐμορφότερος] Restitui. *Salmasius*, nemine iubente, correxerat editum εὐμορφότερος, reponendo εὐμορφώτερος, contra praecepta grammaticorum, in comparatione ο in ω non nisi penultima breui. mutantium. Retinetur autem ο, quia penultima in εὔμορφος positione producitur. BODEN.

8) Ἀχιλλέα] Miserat Achillem Thetis mater ad Lycomedem regem in Scyron insulam, ibi vt lateret, reliquis ad expugnandam Troiam proficiscentibus, inter virgines filias habitu foemineo,

bi praesto erit: qui, sicut ei praescripsi, ad Cliniam te, Satyrumque perducat. Leucippe autem non multo post tibi aderit. Quae cum dixisset, eo me, quo se ipsam consueuerat, modo adornauit, dissuauiansque: Quanto, inquit, formosior es in stola? Talem ego quidem in pictura olim Achillem vidi. Caeterum anime mi, Clitophon, vt valeas, etiam atque etiam cura: et pallam hanc apud te mei monumentum serua, tuo vicissim mihi pallio relicto, quo induta tuis quasi amplexibus detineri videar. Tum mihi aureos nummos centum dedit: accersitaque Melanthone, erat haec ancillarum omnium fidissima, cui vna ianuarum custodia credebatur, quid me fieri velit, docet; deinceps ad se reuerti iubet.

CAPVT II.

Ego simul atque muliebri ornatu amictus, cubiculo exiui, custosque heram me esse ratus, id ei annuente Melanthone, secessit, per remotiorem domus partem iter

 facions,

mineo. Hinc *Statius* Achilleid. I. 532.

O scelus, en fluxae veniunt in pectora vestes.
Scinde, puer, scinde, et timidae ne crede parenti.

Similis comparatio reperitur in *Aristaeneto* L. II. ep. 9. Ἦ μὴν τοιοῦτος ἦν Ἀχιλλεύς, ὃν ἔμαθον ἐν τῶν ὑποκρινόμενον, οὐκ ἦν ἄρα οὕτως καλός. Ipsam fabulam vide ap. *Hygin.* 96. IDEM.

9) Θεράπαινα δὲ ἦν] Optimi codices θεράπαινα δὲ αὐτὴ τῶν πιστῶν. Absque verbo ἦν. SALMASIVS.

10) Θυρῶν] Alii τῶν θυρῶν. BODEN.

1) Ὁ φύλαξ] Apud Latinos quoque Ianitor κατ' ἐξοχὴν *Custos* dicebatur. Ἀνεχώρησε, in cellam puto abiisse suam Ianitorem, quae Graecis dicitur θυρωρεῖον. BERGER.

2) Αλ-

οἰκίας, ἐπί τινα θύραν οὐκ ἐν ὁδῷ κειμένην ἔρχομαι· καί με ὁ πρὸς τῆς Μελίττης ταύτῃ προστεταγμένος ἀπολαμβάνει· ἀπελεύθερος δὲ αὐτὸς τῶν συμπεπλευκότων ἦν ἡμῖν, καὶ ἄλλως 2) ἐμοὶ κεχαρισμένος. Ὡς δὲ ἀνέστρεψεν ἡ Μελανθὼ, καταλαμβάνει τὸν φρουρὸν, ἄρτι ἐπικλείσαντα τὸ οἴκημα, καὶ ἀνοίγειν ἐκέλευεν 3) αὖθις, ὡς δὲ ἤνοιξεν, καὶ παρελθοῦσα ἐμήνυσεν τῇ Μελίττῃ τὴν ἔξοδον τὴν ἐμὴν, καλεῖ τὸν φύλακα. κἀκεῖνος ὡς τὸ εἰκὸς θέαμα ἰδὼν παραδοξότατον, τῆς κατὰ τὴν ἔλαφον ἀντὶ παρθένου 4) παροιμίας, ἐξεπλάγη καὶ ἔστη σιωπῇ. λέγει οὖν πρὸς αὐτόν· Οὐκ ἀπιστοῦσά σοι μὴ οὐκ ἐθελήσῃς ἀφεῖναι Κλειτοφῶντα, ταύτης ἐδεήθην τῆς κλοπῆς, 5) ἀλλ' ἵνα σοι πρὸς Θέρσανδρον ἡ τῆς αἰτίας ἀπόλυσις ᾖ, ὡς οὐ συνεγνωκότι. χρυσοῖ δέ σοι οὗτοι

δῶρον

2) Ἄλλως] Minus curate codex Bau. ἄλλος.

BODEN.

3) Ἐκέλευεν] Alii ἐκέλευσεν.

IDEM.

4) Ἔλαφον ἀντὶ παρθένου] Rapta dicitur Iphigenia, quam pater immolaturus erat, et eius loco cerua ſuppoſita, quam pro virgine immolarunt. *Ouid.* Met. XII, 34.

Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida cerua.

Ita et praeter *Hyginum* fab. 98 et 261. MARTIALIS III, 91.

Suppoſitam, fama eſt, quondam pro virgine ceruam.

Fons in *Euripide* quaerendus Iphigen. in Aulide 1585—90.

Φάσμ' οὐ γε μηδ' ὁρωμένης πίστις παρῆν·
Ἔλαφος γὰρ ἀσπαίρουσ' ἔκειτ' ἐπὶ χθονὶ,
Ἰδεῖν μεγίστη, διαπρεπής τε τὴν θέαν
Ἧς αἵματι βωμὸς ἐρραίνετ' ἄρδην τῆς θεοῦ.

Et in Iphigenia in Tauris v. 783 ſequ.

Λέγ' οὕνεκ' ἔλαφον ἀντιδοῦσά με θεὰ
Ἄρτεμις, ἔσωσέ μ', ἣν ἔθυσ' ἐμὸς πατήρ.

Notauit *Ioſua Barneſius* ad locum ſuperiorem ſimile illud, quod de Iſaaci ac Iephthae filia

SS.

faciens, ad portam quandam desuefactam perueni: vbi me destinatus a Melite adolescens libertinus ex iis, qui nobiscum nauigauerant, mihi alioqui etiam gratus, accepit. Postea vero quam reuersa Melantho cubiculum, quod vix dum clausum fuerat, aperiri iussit, meumque abitum herae nunciauit, illa custode ad se vocato, qui, sicuti credibile est, re maxime praeter opinionem perspecta, iuxta adagium, *pro virgine cerua*, stupore oppressus obmutuerat, Mihi quidem, inquit, dubium non erat, ne non Clitophontem dimitteres. Sed eo artificium istud excogitaui, quo esset tibi apud Thersandrum excusationi locus, vtpote qui non cognoueris. Aureos autem nummos decem tibi Clitophon, si hic expectaueris, muneri mittet,

SS. litterae memorant. Plerique ceruam quidem cum Tatio suppositam statuunt, e quibus Hyginus fab. 98 et 261. etiam memorandus, unde prouerbium: *pro virgine cerua* ponitur de eo, qui vel magna spe excidens exiguum quid refert, vel, vbi quis criminis purus, reus tamen accusatus, liberatur, auctore sceleris deprehenso, vel quum aliud pro alio fraudulenter substituitur. Vid. *Hadr. Iun.* Adag. Cent. VI. n. 2. Dissentiunt tamen alii, e quibus *Antonius Liberalis* e Nicandri ἑτεροιουμένοις μόσχον, s. vitulam narrat suppositam, Metamorph. c. 27. quicum *Horatius* conspirat, *Phanodemus* autem, historicus antiquus, vrsam fuisse tradit apud Etymologum voc. Ταυροπόλον. De Iphigenia loquitur: ἡ Ἄρτεμις ἀντέδωκεν ἔλαφον, κατὰ δὲ Φανόδημον, ἄρκτον, κατὰ δὲ Νίκανδρον, ταῦρον. *Lycophron* autem in Cassandra v. 195. inuisa forma factam statuit γραῖαν, *anum*, cuius in conspectum Achilles venire non potuerit, vt notat *Canterus* ad h. l. ex Cicerone de Arusp. resp.

IDEM.

5) Τῆς κλοπῆς] Prima editio τῆς πλοκῆς, quod haud improbandum. Sed ipse auctor videtur

δῶρον δέκα, δῶρον μὲν, ἂν ἐνταῦθα *μείνῃς, παρὰ Κλειτοφῶντος.[6]) ἐὰν δὲ νομίσῃς φυγεῖν, βέλτιον ἐφόδιον.[7]) Καὶ ὁ Πασίων· τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ φύλακι· Πάνυ, ἔφη, δέσποινα, τὸ σοὶ δοκοῦν, κἀμοὶ δοκεῖ καλῶς ἔχειν. Ἔδοξεν οὖν τῇ Μελίττῃ τὸ νῦν ἀναχωρεῖν· ὅταν δὲ ἐν καλῷ θῇ[8]) τὰ πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ γένηται τὰ τῆς ὀργῆς[9]) ἐν γαλήνῃ, τότε μετιέναι. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἔπραξεν.

ΚΕΦΑΛ. γ'.

Ἐμοὶ δὲ ἡ συνήθης τύχη πάλιν ἐπιτίθεται, καὶ συντίθεται κατ' ἐμοῦ δρᾶμα καινόν. ἐπάγει γάρ μοι τὸν Θέρσανδρον εὐθὺς παρελθόντα.[1]) μεταπεισθεὶς γὰρ ὑπὸ τοῦ φίλου πρὸς ὃν ᾤχετο μὴ ἀπόκοιτος γενέσθαι, δειπνήσας πάλιν

tur in altera editione verbum magis perspicuum substituisse κλοπῆς. Igitur retinendum putaui. IDEM.

[6]) Παρὰ Κλειτοφῶντος] In margine cod. Bau. ἴσως Κλειτοφῶντος. IDEM.

[7]) Βέλτιον ἐφόδιον] Melius distinguatur, ἐὰν δὲ νομίσῃς φυγεῖν βέλτιον, ἐφόδιον. *Et si consultius putaris fugere, viaticum.* Hi decem, inquit, aurei, si manere decreueris, munus tibi erunt a Clitophonte; si fugere potius statueris, fugae viaticum. Mentem huius loci non vidit interpres, cum hac versione: *Quanquam si de fuga cogites, potius omnino rebus tuis consulueris.* SALMASIUS.

[8]) Ἐν καλῷ θῇ] Est loquendi formula solemnis. Dicitur quoque θέσθαι καλῶς. BERGER.

[9]) Τὰ τῆς ὀργῆς] Supple κύματα, sumto simili de mari aestuante. IDEM.

[1]) Εὐθὺς καὶ παρελθόντα] In Anglicano, εὐθὺς καὶ παρεστῶτα. Nec aliter Editio vulgaris. Inepta lectio, nisi sic legas, mutata et distinctione, ἐπάγει γάρ μοι τὸν Θέρσανδρον εὐθὺς, παρεστῶτα μεταπεισθεὶς γὰρ ὑπὸ τοῦ φίλου. Sed alii libri loco huic aliter consulunt, quorum haec scriptu-

mittet, quamquam, si de fuga cogites, viaticum habebis maioris pretii. Tum vero Pasion, id erat custodi nomen: Atqui, o hera, inquit, nihil mihi magis probabitur quam quod tu suaseris. Itaque mulieri placuit, vt aliquo profugeret: nec ante reuerteretur, quam turba illa et mariti ita sedata esset. Atque ita quidem ille abiit.

CAPVT III.

Mihi vero iterum iniqua fortuna insidiata est, nouumque periculum creauit. Thersandrum enim, qui ab amico, ad quem diuerterat, ne procul ab vxore cubaret suasus, a coena domum reuertebatur, abeunti mihi obui-

am

scriptura, quam reposuimus, ἐπάγει γάρ μοι τὸν Θέρσανδρον εὐθὺς παρελθόντα. Ita enim scripsi, non, καὶ παρελθόντα, vt operae hic ediderunt. Interpres legisse videtur, παρελθόντι. Sic enim vertit: *Thersandrum enim, qui ab amico, ad quem diuerterat, ne procul ab vxore cubaret, a coena domum reuertebatur, abeunti mihi obuiam misit.* Quae falsissima interpretatio et lectio. Nam ἐπάγειν non est *obuiam mittere*, sed *immittere*. Dicit, fortunam iterum hic sibi aduersam fuisse, et aliud nouum drama contra se excogitasse, immisso in se Thersandro. Praeterea, παρελθεῖν non est *abire*, vel *exire*, sed *intrare* potius, *aduenire*. Grammatici, παρελθεῖν, εἰσελθεῖν. Iidem obseruant, παρελθεῖν Thucydidi poni de re, quae cito fit, cui opponitur ἐπελθεῖν. Sic enim scribunt, παρελθεῖν τὸ αὐτίκα δηλοῖ παρὰ Θουκυδίδῃ, τὸ δὲ ἐπελθεῖν τὸ ἀναβαλλόμενον χρόνῳ διαπράξασθαι. Significat etiam *vincere*, apud Demosthenem. Ita Latinis *praeterire*. *Nulla est gloria, praeterire asellos.* Id est, *cursu vincere*. Quod παραδραμεῖν Graeci dicunt. Metaphora enim a cursoribus, qui antegressos praetereunt et post se relinquunt.

Hoc

πάλιν ἀνέστρεφεν 2) ἐπὶ τὴν οἰκίαν. ἦν δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερομηνία, καὶ μεθυόντων πάντα μεστά· ὥστε καὶ δι᾽ ὅλης νυκτὸς τὴν ἀγορὰν ἅπασαν κατεῖχε πλῆθος ἀνθρώπων. κἀγὼ μὲν ἐδόκουν τοῦτο μόνον εἶναι δεινόν· ἐληλύθει δὲ καὶ ἄλλο τεχθὲν μοι χαλεπώτερον. ὁ γὰρ Σωσθένης ὁ τὴν Λευκίππην ὠνησάμενος, 3) ὃν ἡ Μελίττη τῆς τῶν ἀγρῶν ἐκέλευσεν ἀποστῆναι διοικήσεως, μαθὼν παρεῖναι τὸν δεσπότην, τοὺς τε ἀγροὺς οὐκέτι ἀφῆκεν, τὴν δὲ Μελίττην 4) ἤθελεν ἀμύνασθαι. καὶ πρῶτον μὲν φθάσας, καταμηνύει μου πρὸς τὸν Θέρσανδρον· * ὁ γὰρ διαβαλὼν αὐτὸς 5) ἦν· ἔπειτα καὶ περὶ Λευκίππης λέγει πάνυ τι πιθανῶς 6) πλασάμενος. ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς αὐτῆς ἀπεγνώκει τυχεῖν, μαστροπεύει 7) πρὸς τὸν δεσπότην, ὡς ἂν αὐτὸν τῆς Μελίττης ἀπαγάγοι· Κόρην ὠνησάμην, 8) ὦ δέσποτα, καλήν, ἀλλὰ χρῆμά τι κάλλους 9) ἄπιστον. οὕτως αὐτὴν πιστεύσεις

Hoc sensu vsurpatur et Anacreonti in ᾠδαρίῳ.

Τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν
Ἐλεφάντινος τράχηλος.

Ceruix eburnea vincens Adonidis candore ceruices. Sed nulla harum significationum huic loco conuenit. Ait Clitophon, fortunam sibi immisisse Thersandrum, simul ac domum ingressus, vt rediit ab amico apud quem pernoctare decreuerat. Subiicit enim protinus, Thersandrum ab illo amico, persuasum ne ab vxore secubaret, domum rediisse. Ex quo facto illa omnia, quae aduersa inde Clitophonti contigerunt, originem et causam habuerunt. Nam, si permansisset Thersander apud amicum, Sosthenes non ipsi illa nocte indicasset de Leucippe, nec rus isset, nec obuiam Clitophontem habuissent muliebri veste indutum.

SALMASIVS.

2) Ἀνέστρεφεν] Quidam: ἀνέστρεψεν. BODEN.

3) Ὠνησάμενος] Anglicanus (Bauaricus item B.) ἐωνημένος. Atque ita Editio. In aliis libris ἐωνησάμενος. SALMAS.

4) Τὴν

uiam misit. Celebrabantur forte fortuna Dianae festi dies, et ebriorum plena erant omnia, integramque noctem mortalium ingens multitudo forum totum percursabat: quod vnum ego rationibus meis maxime obstare arbitrabar, nesciens aliud mihi longe grauius infortunium imminere. Nam Sosthenes, qui Leucippen emerat, ab agrorum administratione abstinere iussus, herum adesse intelligens, non modo ab ea non abstinuit, verumetiam de Melite vindictam sumere cupiens, me primum Thersandro prodidit, vtpote qui delator esset: deinde alia complura de Leucippe apposite admodum ementitus est. Eius enim potiundae simul atque spem sibi ereptam vidit, hero lenonis operam praestare aggressus est, vt eum a Melite abalienaret. Itaque puellam, o here, inquit, emi forma bona sic, vt cogitatione comprehendi nequeat: de qua narranti mihi aeque

4) Τὴν δὲ Μελίττην] Melius τήν τε Μελίττην ἤθελεν ἀμύνασθαι.

IDEM.

5) Διαβαλὼν αὐτὸς] Legendum puto διαβαλὼν αὐτὸ ἦν.

BODEN.

6) Πιθανῶς] Edit. prima: πιθανῶς.

IDEM.

7) Μαργαριτῶν] Alii μαργαριτῶν. Plerique codices MScr. *Pollucis*, Iungermanno, Kühnio Hemsterhuisioque ad L. IV, f. 120. et L. VII. f. 201. notantibus, nomen etiam per ε exhibent, μαργερίτης. Ita et a Suida Hesychioque scribitur.

IDEM.

8) Ὠνησάμην] Libri ἐωνησάμην. In quibusdam tamen ὠνησάμην. Illud Ἀττικώτερον.

SALMASIVS.

9) Χεῦμά τι κάλλους ἄπιστον] Legebatur in Editione χεῖμά τι κάλλους perperam; quamuis sic quoque habeat Anglicanus.

IDEM.

Iterum *Salmasius* editionem fugientibus oculis inspexit. Legitur in illa χεύματι κάλλους, eodemque modo in codice Bauarico.

BODEN.

10) Καὶ

φύσαιας ἀκούων, ὡς ἰδών. ταύτην ἐφύλαττόν σοι. καὶ γὰρ ἀκηκόειν ζῶντά σε. καὶ ἐπίστευον, ὅπερ ἤθελον.[10]) ἀλλ' οὐκ ἐξέφαινον, ἵνα τὴν δέσποιναν ἐπ' αὐτοφώρῳ[11]) καταλάβοις, μή σου καταγελᾷ μοιχὸς ἄτιμος καὶ ξένος. ἀφῄρηται δὲ ταύτην χθὲς ἡ δέσποινα, καὶ ἔμελλεν ἀποπέμψειν· ἡ τύχη δὲ ἐτήρησέν σοι, ὥστε τοσοῦτον κάλλος λαβεῖν. ἔστι δὲ νῦν[12]) ἐν τοῖς ἀγροῖς, οὐκ οἶδ', ὅπως πρὸς αὐτῆς[13]) ἀπεσταλμένη. πρὶν οὖν αὖθις ἐπανελθεῖν, εἰ θέλεις, κατακλείσας φυλάξω,[14]) ὡς ὑπὸ σοὶ γένοιτο.

ΚΕΦΑΛ. γ'.

Επῄνεσεν ὁ Θέρσανδρος, καὶ ἐκέλευσεν τοῦτο ποιεῖν. ἔρχεται δὴ[1]) σπουδῇ μάλα ὁ Σωσθένης εἰς τοὺς ἀγρούς,[2]) καὶ τὴν καλύβην ἑωρακώς, ἔνθα ἡ Λευκίππη διανυκτερεύειν ἔμελλεν, δύο τῶν ἐργατῶν παραλαβών, τοὺς μὲν κελεύει τὰς θεραπαινίδας, αἳ περ ἦσαν * ἅμα τῇ Λευκίππῃ παροῦσαι, περιελεῖν δόλῳ, καὶ καλεσαμένους ὅτι πορρωτάτω διατρίβειν ἔχοντας ἐφ' ὁμιλίᾳ· δύο δὲ ἄλλους διάγων,

[10]) Καὶ ἐπίστευον, ὅπερ ἤθελον] Ouidius Art. Am. III, 674.

Prona venit cupidis in sua
vota fides.

Heliodorus L. I. p. 37. fimili modo: εἷλκε πρὸς τὴν ἑαυτῆς βούλησιν τὴν ἐπίλυσιν — καὶ τὸ μὲν ὄναρ τοῦτον ἥρμαζε τὸν τρόπον, οὕτως αὐτοῦ τῆς ἐπιθυμίας ἐξηγουμένης. *Idem* L. II. sub finem p. 125. edit. Commel. Ἄλλος γὰρ πρὸς ἄλλο τι τὸ λόγιον ἔσπα, καὶ ὡς ἕκαστος εἶχε βουλήσεως, οὕτω καὶ ὑπελάμβανεν. IDEM.

